



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000


Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761


VD18 90117921

Liber LVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)



HISTORIA
ECCLESIASTICA.
LIBER LVI.



JOANNES XII. PAPA.
OTTO M. IMPERAT. OCCID. ROMANUS
IMPER. OR.

§. I.

Otto Imperator Occidentis.

Joannes XII. Papa Tyrannidem Berengarii & Adalberti filii ejus ultra non
ferens, duobus Legatis Joanne Cardinali Diacono & Azone Scrinio præfecto anno 960. in Germaniam missis Ottonem rogat, ut veniret, & Italiam oppressam liberaret. Hos Legatos continuo secutus est Walbertus Archiepiscopus Mediolanensis, querelas afferens, quod Reges

Sæculum X.

A. C. 960.

Suppl. Reg.

Herm. Eccl.

Luitp. VI.

hist. c. 60.

Sæculum X.
A. C. 960.

Dist. 63.
c. 33.

Reges Ecclesiam suam Manaski Archiepiscopo Arelatensi contra fas omne contulissent. Walberti vestigia pressit Waldo Episcopus Comensis simili causa ad conquerendum impulsus. Laici quoque iter in Germaniam susceperunt; quin vix quemquam in Italia Episcopum, vix quemquam Comitem reperire erat, qui non opem Ottonis vel per literas vel per Legatos imploraverit. (*) Ergo Rex Otto profectionem suscipere statuit. Refertur ejusdem juramentum, quo se, antequam iter ingrederetur, obstrinxit, promittens, se Joannis Papæ vitam, membra, honorem conservaturum, de re nulla, quæ ad Papam vel Romanos pertineret, sine ipsius consilio dispositurum, & quidquid de terra S. Petri in ipsius potestatem pervenisset, redditurum. Tum anno nongentesimo sexagesimo primo Comi-

(*) Sæpissime Romani, vel rixis civilibus divisi vel aliorum populorum armis oppressi nunc Græcos, nunc Francos, nunc Germanorum Imperatores in auxilium vocarunt. Sed Italicorum versuta ingenia nec sibi ipsis consulebant, nec ab aliis consuli patiebantur. Hinc Rudolphus I. Hapsburgicæ Gentis Auctor, Germanorum Imperator invictus & potentissimus, ad profectionem Romanam invitatus sapientissime respondisse fertur; *vestigia terrent*. Quam gratiam Otto noster, alias maximus, ab Italis reculerit, quæ sequuntur, docebunt.

Comitiis Wormatiæ convocatis, filium suum Ottonem ex secundis nuptiis genitum, puerum septennem, Regem eligi curat. Ex prima uxore Otto duos susceperat filios, Ludolphum, anno nongentesimo quinquagesimo septimo defunctum, & Guilielmum, quem anno nongentesimo sexagesimo quarto, Fridericum mortuo, Archiepiscopum Moguntinum ordinari (*) jufferat. Itaque Ottonem juvenem ab omnibus Regem salutatam sub Tutela Archiepiscoporum Coloniensis & Moguntini patruum fratrisque ipsius relinquens, in Italiam contendit, ubi nemine obsistente exceptus, Ticini hyemavit, Attone, Abbate Fuldensi, Romam præmissis, qui diversoria præparari curaret.

Sæculum X.
A. C. 961.

Mar. Scot.
Chr. an. 954.

Anno sequente nongentesimo sexagesimo secundo Regem ingenti apparatu, acclamantibus Clericis populoque, Romam ingressum, Joannes Papa Imperatorem coronavit, Sacro oleo unxit, & supra corpus S. Petri cum omnibus civibus & Optimatibus Sacramento se obstrinxit,

Frod. Chr.
Supl. Regin.
an. 962.
Luitpr. VI.
c. 6.

(*) Lector studiosus facile notaverit, jam illa ætate primas Sedes Cathedrales in Germania, Francia & Italia Summorum Principum propinquis fuisse collatas, atque paulatim viros, vulgares cunas nactos, fuisse ab Episcopali munere exclusos.

Sæculum X.
A. C. 962. strinxit, nunquam ipsius potestati se sub-
tracturum, aut Berengarium & Adalber-
tum ope vel consilio adjuturum. Otto
vero quæcunque Ecclesiæ Romanæ in
tota Italia detracta fuerant, restituit, &
Papæ magnam vim auri gemmarumque
dono dedit. Tum datis literis publicis
Donationes Caroli Magni & Pipini, quæ
Urbem Romam, Ducatum cum suis di-
tionibus, plures civitates in Tuscia, Ex-
archatum Ravennensem, Pentapolim (*),
plures alias urbes in Longobardia ali-
quas in Campania, Ducatum Spoleta-
num, & Beneventanum, Corsicam Insu-
lam, & Patrimonium Siciliae, complecte-
bantur, confirmavit. De Sicilia, adje-
cit Imperator, si hanc Insulam Deus no-
stræ potestati subjecerit; namque, illa

Lib. XLVI. tempestate Saraceni in ea dominaban-
§. 26. to. 7. tur. Hæc donatio prope de verbo ad
Conc. p. 1515 verbum ex illo Decreto descripta est,
to. 9. p. 643. quod Ludovicus Pius Ecclesiæ Romanæ
ap. Bar. an. tradiderat. Sed Rex Otto de Regno suo
962. Longobardiæ Reatem, Amiternum &
alias quinque civitates addidit. In fine,
maximi momenti subjungitur Clausula:
Salva in omnibus nostra, Filii nostri, &
posterorum nostrorum potestate.

In iisdem deinde Actis modus eli-
gendi Papam statuitur. Omnes Clerici,
Proce-

(*) Urbs Hetruriæ excisa.

Proceresque Romani edito juramento Sæculum X.
A. C. 962.
promittant, se Papam Canonice electuros. Papa vero non ante consecratur, quam publice presentibus Mandatariis Cæsareis promiserit, se omnium ordinum jura conservaturum. Nemo Electionem, sub pœna exilii, turbare audeat. Denique semper Papæ & Imperatoris Mandatarii Romæ sint, qui singulis annis referant, an ratione & æquitate Duces & Judices populis Jus dicant. Hi Delegati querelas ad se delatas primo Papæ indicent, qui, si visum fuerit, statim remedium ferat, vel a Mandatariis Imperatoris causam judicari patiatur. Ex hoc adjuncto satis dispicitur, Imperatorem sibi semper supremam potestatem & Jurisdictionem in Urbem & in omnes provincias in illa donatione contentas reservasse, quod etiam ea, quæ in ista Historia sequuntur, ostendent. Ceterum in his Actis Otto Imperator suo & Regis filii sui nomine loquitur. Post ipsius nomen appositum, conspiciuntur nomina decem Episcoporum, videlicet, Adaldagi Archiepiscopi Hamburgensis, & septem Episcoporum Germaniæ, tam trium ex Longobardia. Hattonis deinde Abbatis Fuldensis, & alterius Abbatis Germani. Tandem etiam quinque Comitum, & quorundam Procerum. Data sunt autem decima tertia Februarii, anno non-
gente-

Sæculum X. gentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, Regni Ottonis vigesimo septimo. Atque primum Autographum literis aureis Romæ in Castello SS. Angelorum custoditur.

A. C. 962.
 Baron. an.
 962.

§. II.

Magdeburgum. Ecclesia Metropolitana.

Sup. l. LIV. §. 20. Ditm. lib. 2. p. 19. Ap. Mabill. Sæc. 5. pag. 575. Sub idem tempus obtinuit Imperator, ut Magdeburgum in Ecclesiam Metropolitanam erigeretur. Fundaverat ibi Monasterium anno nongentesimo quinquagesimo tertio, ut notavimus, tumque S. Mauritii corpus & quorundam aliorum Sociorum ejus, anno nongentesimo sexagesimo primo, illuc transferri jusserat. In Bulla, de hac causa edita, Joannes Papa XII. summam dicit: *Otto Imperator ad nos detulit, quod devictos a se Sclavos ad Fidem Christianam perduxerit, & rogavit, ne illos populos Pastore destitutos, & periculo relabendi in servitutem dæmonis expositos relinqueremus. Quare decernimus, & precipimus, ut Magdeburgum in Saxonia ad Albi positum, illis gentibus proximum, in Sedem erigatur Archiepiscopalem, que totum gregem per Suffraganeos regere possit. Præterea volumus, Monasterium Merseburgense deinceps Sedem Episcopalem esse, Magdeburgensi subjectam, cum unus pastor*

pastor tot populis in fide erudiendis non sufficiat. Item volumus, ut census & decimæ omnium populorum, qui pia Imperatoris opera baptizati fuerunt, aut Successorum ipsius cura baptizabuntur, Ecclesiis Magdeburgensi & Merseburgensi, & cuicumque alteri, si e re Ecclesiæ visum fuerit, conferantur. Præcipimus Archiepiscopis Moguntino, Trevirensi, Coloniensi, Salisburgensi, & Hamburgensi, ut ad istarum Ecclesiarum foundationem omnibus viribus operam jungant. Si vero Deo adjuvante & potentia Imperatoris vel Successorum ipsius Sclavi in vicina regione habitantes ad Sacra Christiana perducti fuerint, Ecclesias Cathedrales in locis, ubi commodum fuerit visum, constituent, quarum Episcopi ab Archiepiscopo Magdeburgensi consecrentur, & sint ipsius Suffraganei. Hæc Bulla duodecima Febr. Indictione quinta, anno Pontificatus Joannis septimo, Ottonis Imperatoris primo, nempe anno Salutis nongentesimo sexagesimo secundo data est. At effectus non ante annum exinde sextum secutus est.

§. III.

S. Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis.

Eodem ferme tempore S. Dunstanus, *Sup. l. LV.*
 Archipræsulatum Cantuariensem §. 29.
Hist. Eccles. Tom. XIII. Cc con-

Sæculum X.

A. C. 962.

Sæculum X. consecutus Romam venit, petens Pal-
 lium. Post mortem Regis Edmundi an-
 no 946. a Sicariis occisi, Edredus ejus
 frater & Successor, piissimus Princeps,
 Dunstanum Abbatem magno in pretio
 habens, commissa ei Thesauri & Tabu-
 larii custodia, ejusdem consilio in per-
 tractandis Regni negotiis utebatur. Cu-
 piebat etiam, ut Episcopatum Vintonien-
 sem, Elfego defuncto, Dunstanus susci-
 peret, & Rege jubente Regina mater
 eundem ad subeundum Episcopale mu-
 nus permovere omnibus viribus conata
 est; sed tunc S. Abbatis honorem recu-
 santis constantia expugnari non potuit.
 Rex Edredus anno nongentesimo quin-
 quagesimo quinto e vita decedens
 Successorem habuit Eduinum nepotem,
 Principem juvenem, necessaria pruden-
 tia destitutum, omnia cupiditatibus suis
 indulgentem, & juvenum sequentem
 consilia. Viros divites, præsertim si pii
 essent, bonis suis spoliabat, & e patria
 proscribat. Ecclesias expilabat, Reli-
 gionem vilipendebat, civitates exactio-
 nibus vexabat. Quin & sanguine sibi
 conjunctos ipsamque Reginam aviam
 suam pessime habebat, & effrenata licen-
 tia in libidinem ferebatur. S. Dunsta-
 nus in vitia ruentem sustinere conatus,
 ubi monita sua contemni cognovit, ad
 monasterium suum Glastoniense se re-
 cepit. Nihilo.

Vit. n. 21. 22.
 Sæc. V. Ben.
 n. 23. 25.

n. 26.

Nihilominus interfuit Sacris, cum inungeretur Rex juvenis, qui ipsa die relictis Episcopis & Proceribus, quibus cum convivio assederat, derepente in conclave se proripuit, ut cum pellice, cui adsueverat, libidinaretur. Pudor & dolor subiit Præsules, quod usque adeo despicerentur, suasitque Odo Archiepiscopus Cantuariensis, mittendum esse ex viris Ecclesiasticis aliquem, qui Regem reduceret. Nec mora ad hanc legationem obeundam deligitur Dunstanus Abbas, comitante quodam Episcopo ejus propinquo. Ergo Dunstanus cubiculum intrat, vi adhibita e complexu nefandæ meretriculæ raptum Regem corona, quam deposuerat, iterum redimit, & in conspectum Odonis reducit. At femina amore insana & vindictæ cupiditate ardens quieti caput non dedit, prius quam Regem ad Dunstanum in exilium mittendum impulisset. Primo itaque Edictum edidit, quo omnibus monasteriis Bona auferebantur, misit deinde Glastoniam mandatarios, qui conscripto rerum omnium, ad istud Monasterium pertinentium, commentario, Dunstanum e medio monachorum, amicorum pauperumque misere ejulantium rapiunt. Ipse conscensa nave trajecit in Flandriam, ubi a Comite perbenigne exceptus, ad Monasterium S. Petri Gandavi tunc temporis

Sæculum X.
A. C. 962.

n. 27.

vit. Od.

n. 12.

S. Dunstanus
exul.

Sæculum X. ris piorum virorum frequentia & litera-
A.C. 962. rum studiis celebre se contulit.

vit. Odon.
n. 13.

Interim Odo Archiepiscopus, cum Rex juvenis increpationibus ejus non acquiesceret, armatis in Regiam immis- sis, mulierculam, quam præ ceteris Rex deperibat, abstrahi jussit, moxque in fa- cie deturpatam ac candenti ferro nota- tam in Hiberniam devehit. Sed cum post aliquod temporis spatium in An- gliam rursus navigasset impudens scor- tum, & Glocestriam venisset, ab Archi- episcopi hominibus comprehenditur, & accisis poplitibus post post paucos dies misere exanimatur. Tanta erat Archi- episcopi potentia & severitas.

vit. Dunst.
n. 28.

Ipso Eduino Rege, cum tolerari non posset, expulso, fratrem ejus Edgarum anno 957. omnes Regem proclamant. Is paucis exinde diebus, Comitibus totius Regni sui convocatis leges injustas a fra- tre suo latas retractavit, & cuncta per- peram acta emendavit. Dunstano Ab- bati ab exilio honorifice revocato majores quam Antecessores sui honores exhi- buit, qui haud diu post vacante Ecclesia Vi- gorniensis ad subeundum onus Episcopale a Rege compulsus Cantuariam Ordina- tionem accepturus venit. Præsentem Odo Archiepiscopus & amicum latissi- mus consecrat. Sed ecce, cum pro Ri- tu Ecclesiastico in precibus Dunstanum,
Episco-

Episcopum Vigorniensem, nominare de-
 buisset, eum Archiepiscopum Cantua-
 riensem appellabat, ac si ipsum in sua Ec-
 clesia Successorem ordinaret. Putarunt
 circumstantes id errore linguæ fieri, mo-
 nueruntque Ordinantem, ipsum in no-
 mine Ecclesiæ falli; quibus ille: *Scio,
 filii mei! scio quid Deus in me operetur.
 Nam iste quidem me vivo Ecclesiam Vi-
 gorniensem reget, sed me ad Patres trans-
 lato toti Angliæ præerit.* Tum Episco-
 po Londinensi mortuo Rex Edgarus, ci-
 ves, primique illius civitatis vehemen-
 ter instabant, ut & hujus Ecclesiæ Regi-
 men acciperet, ipsoque auctoritatem Ca-
 nonum objiciente prohibentium, ne duæ
 Ecclesiæ uni Pastori committerentur, ad
 eum permovendum attulerunt, S. Joan-
 nem septem Ecclesiis eorumque Episco-
 pis præfuisse, & S. Paulum omnium Ec-
 clesiarum curam gessisse. Quibus ratio-
 nibus victas manus dedit Dunstanus;
 quasi vero Missio Apostolorum prorsus
 singularis ad commune Regimen Eccle-
 siæ disponendum in exemplum trahi de-
 beret. Ergo ambas Ecclesias Londinen-
 sem & Vigorniensem tanquam utriusque
 Episcopus rexit.

Cum Odo Archiepiscopus anno non-
 gentesimo sexagesimo primo, quarta Ju-
 lii decessisset, postquam rexisset Eccle-
 siam Cantuariensem annis viginti, Sancto-

Sæculum X.
 A. C. 962.

Sæculum X.
A. C. 962.

rum numero postea adscriptus, rogavit Rex Dunstanum, ut defuncto se subrogari pateretur, sed persuadere non potuit. Ipso igitur Dignitatem recusante Elfinus Episcopus Vintoniensis Proceribus, virisque in palatio Edgari Regis auro dato corruptis obtinuit, ut sibi Dignitas, quam longo tempore ambierat, obtingeret. Sed itinere Romam suscepto, gravi inter Alpes frigore correptus interiiit. Rex iterum Dunstanum urgere, ut Sedem Cantuariensem conscenderet, eoque iterum renuente eligitur Berthelinus seu Birthelmus, Episcopus Dorsetensium vir bonus, sed rebus gerendis impar; unde post pauculos dies a Rege ad Episcopatum suum non sine verecundia redire iussus est. Tumque Rex tertio ad Dunstanum convertitur, qui omnium Episcoporum Regisque precibus tandem superatus consensit, & abjecta omni mora Romam profectus est, ubi Joannes

Sac. 5. Act.
p. 658.
tom. 9. Conc.
p. 641.

Papa Pallium cum epistola consueta, Episcopi officia continente, ei tradidit. Et Epistolam quidem sua manu Dunstano porrexit, Pallium vero in Altari S. Petri positum accipere iussit. (*)

§. IV.

(*) Aus diesem und aus dem, was folget, erhellet, daß Joannes XII. für einen rechtmäßigen Pabst überall gehalten worden. So ungefittet aber

§. IV.

Sæculum X.
A. C. 962.*Udalricus Archiepiscopus Remensis.*Sub idem ferme tempus Papa in Cauſa *Frod. Chr.*
Sedis Remensis conſulitur. Artaldo 961.

Cc 4 Archi-

aber das Leben Joannis XII. und einiger andern Päbſte im zehnten Jahrhunderte immer geweſen iſt, ſo hat jedoch Gott der Allmächtige nicht zugelassen, daß eine neue Irrlehre die Unordnung und das Uergerniß in ſeiner Kirche vergrößert; gleichwie ſolches, leyder! zur Beſtrafung der Hirten und der Schaafe, zur Zeit Lutheri geſchehen. Ich lieſe im Neuesten, Heumonnd 1760. im X. Stücke. Luther iſt für einen Wechſelbalg, einen Schüler des Teufels, einen Erzketzler, Kumorgeiſt, Trunkenbold, Meyneidigen, Weichling, Idioten, und Judas Iſcharioth geſchimpfet worden. Er ſoll ſich erhenket, und die höllischen Poltergeiſter ſollen über ſeinem Grabe ſchrecklich getobet haben. Das ſind Katholiſche Blumen in den Kranz ſeiner Ehren. Andere Verläumdungen übergehen wir iſo.

Daß ſich Luther ſoll ſelbſt erhenket haben, oder die Teufel über ſeinem Grabe ſich luſtig gemachet, das ſind Poſſen. Was aber den Namen eines Erzketzlers betrifft, ſolchen wird er wohl für ſeine Perſon von ſich nicht ablehnen, bis er nicht, oder die Herren Proteſtanten eine zureichende Antwort werden gegeben haben auf die Frage: *In quo nomine feciſtis hoc vos?* Act. IV. Nämlich wo hat Luther

Sæculum X.
A. C. 962.

Id. 954.

Achiepiscopo ultima die Septembris anno nongentesimo sexagesimo primo rebus humanis erepto, Hugo filius Heberti Ver.

ther den Verus und die Gewalt hergenommen, die Christgläubigen von der Gemeinschaft mit der Römischen Kirche, in welcher sie von der Zeit ihrer Befehrung an allzeit gelebet hatten, abwendig zu machen, und die heilige Schrift anders als die Römische, das ist, die allgemeine Kirche ausulegen? Daher kommt es auch, daß weder Luther noch seine Jünger ihres Glaubens wegen Rechenschaft haben geben können. Die Antwort eines Katholicken auf die Frage, warum er diese oder jene Stelle, welche einen Glaubens-Artickel betrifft, von der heiligen Schrift also versteht, ist gründlich und entscheidend; er saget: Ich glaube diesen Lehrsatz, weil er vernünftig ist, und solchen die allgemeine Kirche mir also vorträgt. Ein Lutheraner kann aber nichts anders antworten, als: es scheint mir, daß diese Lehre aus der Schrift also zu verstehen sey, Doctor Luther hat sie also ausgeleget, und weil ich Lutherisch geboren bin, so mag ich weiter nicht nachfragen. Also kann ein Protestant das Ansehen und die Auctorität der allgemeinen Kirche zur Bestätigung seiner Lehre nicht beybringen, sondern nur die Meinung eines Privatgeistes.

Uebrigens haben die Herren Verfasser des Neuesten nicht Ursache, sich über die Ausdrücke einiger Katholicken zu beklagen, denn sie machen es uns noch ärger. In der Beurtheilung des Memoire de la Necessité 1755. haben sie also schreiben dürfen:

Vermanduensis, fratrum suorum præsi-
 dio suffultus, in hanc Sedem postliminio
 redire conabatur, Lothario Rege quoque
 favente. Nam cum Rex Ludovicus Ul-
 tramarinus mortalitatem exuisset anno
 nongentesimo quinquagesimo quarto, de-
 cima quinta Octobris, Regni sui decimo
 octavo, vitæ trigesimo quinto, & filius
 defuncti Lotharius, tredecim annorum
 puer, successisset, Mater ejus Gerberga,
 anno nongentesimo sexagesimo secundo
 inchoato, communicato cum Brunone
 Archiepiscopo Coloniensi, cujus soror
 erat, consilio, ab ipso rogata est effice-
 re, ne Hugo in possessionem Archiepisco-
 patus Remensis denuo mitteretur. Ad
 tom. 9. Conc. p. 647.
 agitandam hanc causam in Diocæsi Mel-
 densi Concilium celebratum, cui ex dua-
 bus provinciis Remensi & Senonensi, hoc
 Cc 5 poste-

Sæculum X.
 A. C. 962.

Id. 962.

fen: Wenn sie (die gekrönten Katholischen Hän-
 pter) nur Verstand und Muth genug hätten,
 sich dieselben (Vortheile, durch Abschaffung der
 Klöster) zu verschaffen. Das ist nun eine Lu-
 therische Blume in dem Ehrenkranz Katholischer
 Könige, welche nicht nur allein in der Nase der
 Katholicken, sondern auch vernünftiger Protestan-
 ten sehr übel riechet. Eine solche schöne Blu-
 me oder Verläumdung werden wir sehen in die-
 sem Buch S. XXXV. Indessen ist ja freylich Lu-
 ther ein grosser Mann. Arius war auch einer, und
 Mahomet noch grösser.

Sæculum X. posteriore Præsidente, Episcopi tredecim
A. C. 962. interfuerunt. Non nulli Hugoni fa-
 vebant, sed ipsius Restitutioni maxime ob-
 sistebant Rorico Laudunensis, & Gibui-
 nus Catalaunensis, affirmantes, Christia-
 num hominem a tot Episcopis excom-
 municatum a minore numero absolvi
 non posse. Inter omnes conventum,
 consulendum esse Papam, qui eodem an-
 no declaravit; Hugonem tam a se, quam
 a toto Concilio Romano, rursusque ab
 alio, Ticini celebrato, fuisse excommu-
 nicatum. Cum igitur Bruno Archiepi-
 scopus Colonienfis Clericis Remensibus
 hoc Papæ Responsum indicasset, electus
 est Archiepiscopus Udalricus, Comitis
 nomine Hugonis filius, hanc Electionem
 Rege Lothario, Regina matre, & Archi-
 episcopo Brunone Regis patruo appro-
 bantibus. Quare Udalricus Remis or-
 dinatus est a Guidone Episcopo Sueffio-
 nensi, Roricone Laudunensi, Gibuino
 Catalaunensi, Hadulfo Noviodunensi, &
 Wicfredo Virdunensi. Is ordinatus fue-
 rat in Concilio Meldensi, quamvis Beren-
 garius Episcopus Virdunensis viveret, &
 possessione Ecclesiæ gauderet, quin etiam
 inconsulto Archiepiscopo Trevirensi,
 ipsius Metropolitanò; quod hi Episcopi
 Berengarium, ipsorum Synodis interesse
 recusantem, pro hoste haberent.

Chro. Hug.
Flavin. pag.
 134.

§. V.

Sæculum X.
A. C. 962.

*Joannes XII. contra Imperatorem
seditionem movet.*

Joannes Papa XII. brevi immemor ju-
ramenti, quo se Ottoni Imperatori
obligaverat, missis ad Adalbertum, Fra-
xineti apud Saracenos, tutores suos, ver-
santem, Legatis, eidem consilium & opem
contra Imperatorem addito juramento
pollicetur. Imperator, qui Ticini com-
morabatur, vehementer admiratus, quod
Papa amicitiam quæreret hominis, pau-
lo ante tantopere invisit, Romam aliquos
de suis mittit, qui omnia accurate ex-
plorarent. His vero in Urbem perve-
nientibus uno ore Romani dixerunt:
*Joannes Papa odit Imperatorem, qui ipsum
a Tyrannide Adalberti liberavit, eique
non alia ratione quam Diabolus Creato-
ri suo adversatur. Imperator Deo place-
re, Ecclesiæ pacem, & Salutem Reipubli-
cæ curare cupit. Joanni Papæ mens con-
traria est. Id testatum facit Reinerii ipsius
militis vidua, quam cæco captus igne,
multis præfectam urbibus, Sacrosanctis
Beati Petri aureis crucibus atque calici-
bus donavit. Id testatur Stephana, in
partu infantis, quem ex eo conceperat,
modo defuncta. Quod si cuncti taceant,
infamiam prodit Lateranense Palatium,
Sanctorum quondam hospitium, nunc me-*
retri-

Luitpr. VI.
c. 6. Supl.
Regin. an.
963.

Sæculum X.
A.C. 963.

reticum diversorium, in quo amicum suam, patris sui concubinæ sororem, alit. Nullæ mulieres peregrinæ SS. Apostolorum limina visere audent, quia audierunt, Joannem, ante dies paucos, non nullas conjugatas, viduas, virgines, vi oppressisse. Eximia vel vulgaris formæ sint mulieres, opulentæ vel pauperes, omnibus perinde abutitur. Basilicæ Apostolorum collabuntur, super Sacra Altaria imber decedit, ingredienti, tignis ruinam minantibus, de vita periclitantur. Hoc rei est, quod Papa Imperatorem pertimescat, & Adalbertum sibi Defensorem paret.

Hæc dum a redeuntibus nunciis Imperator audiisset, de Papa, puer, inquit, est, bonorum virorum objurgatione & exemplo facile immutabitur. Tum Imperator Montem Feretrum, in quod Adalbertus (*) confugerat, obsedit. Atque illuc Joannes Papa Leonem Ecclesiæ Romanæ Protoscriniarium & Demetrium, Optimatum Romanorum illustrissimum, misit, mandans, emendatum se, quod juventutis igne devictus puerile gessisset, & conquerens, quod Imperator quemdam Leonem Episcopum, & Joannem Diaconum Cardinalem,

(*) In Cardinali Baronio ex Luitprando legitur: in quo Berengarius & Willa erant. Nempe & Pater & Filius ibi fuerint.

lem, fractæ fidei reos suscepisset, & quod Sæculum X.
 promissionis suæ fidem violaret, dum eos, A. C. 963.
 quos in devictis urbibus inveniret, non
 ipsi Papæ, sed sibi juramento adstringe-
 ret.

His Legatis Imperator: *Omnem ter-
 ram S. Petri, quæ nostræ potestati subje-
 cta est, Ecclesiæ promissimus reddere; ideo-
 que Berengarium (*) ex hac munitione
 pellere laboramus. Quod spectat ad Leo- Otto
 nem Episcopum, & Joannem Cardinalem, in Italia.
 quos me suscepisse Papa accusat, capti sunt
 Capuæ (ut ad nos delatum est) cum Con-
 stantinopolim ad injuriam nostram a Do-
 mino Papa mitterentur. Cum iis præ-
 terea custodiæ traditi sunt quidam Salec-
 cus, natione Bulgarus, sed inter Hungaros
 educatus, Domini Papæ familiarissimus,
 item Zacharias, vir improbus, Divina-
 rum atque humanarum literarum inscius,
 quem Dominus Papa nuper Episcopum con-
 secratum ad Hungaros misit specie prædi-
 candi Evangelii, re ipsa Barbaros, ut in
 Germaniam irruant, excitaturum. Hæc
 Dominum Papam fecisse, quibuscunque
 narrantibus, minime crederemus, nisi fi-
 dem facerent literæ, quæ, plumbo signatæ,
 ipse nomen exhibent.*

Quo

(*) In Cardinali Baronio additum est: *cum
 tota familia.*

Sæculum X.
A. C. 963.

* Vasalli.

Quo responso dato, Imperator Landoardum Episcopum Mindensem (*) & Luitprandum Cremonensem cum iisdem Papæ nunciis Romam mittit, se apud Pontificem purgaturos, additis mandatis; si Papa eis fidem non haberet, amborum Episcoporum milites* Imperatoris innocentiam oblato duello demonstrarent. Episcopi in Papæ conspectum pervenientes, facile intellexerunt, quantum eos fastidiret. Non jurejurando, non duello satisfactionem recipere voluit; sed octiduo elapso Joannem Episcopum Narniensem & Benedictum Cardinalem Diaconum subdole ad Imperatorem mittit, dum per nuncios alios Adalbertum ad reditum invitat. Qui Fraxineto profectus Centumcellas & inde Romam venit, a Papa honorifice susceptus.

Imperator tota æstate in obsidione Montis Feretri consumta Romam convertitur, quo eum plerique Proceres, S. Pauli Castro occupato, quin & obsidibus datis invitabant. Papa & Adalbertus aufugiunt, thesauro S. Petri magnam partem abstracto, Roma in partes divisa, quippe non nulli Papæ favebant. At omnibus dissimulantibus, & Imperato-

rem

(*) In Actis *Numendensem*. Fleurius reddidit: *Munster*. Sed melius *Minden*.

rem inter honoris convenientis signa sci-
 pientibus, ipse cum omnibus suis Ur-
 bem intrat, fidem jurant cives, & pro-
 mittunt, nunquam se Papam præter con-
 sensum Imperatoris aut Regis filii ejus
 electuros vel ordinaturos.

Sæculum X.
 A. C. 963.

§. VI.

Concilium Romanum.

Post triduum, rogantibus tam Romanis
 Episcopis quam plebe, magnus in S.
 Petri Ecclesia conventus factus, sede-
 runtque cum Imperatore quadraginta
 ferme Episcopi, videlicet, pro Angelfri-
 do Aquilejensi Patriarcha, qui languore
 correptus post paucos dies extinctus est,
 quidam Diaconus, Walbertus Archiepi-
 scopus Mediolanensis, Petrus Ravennen-
 sis, & Adaldagus Bremensis, Imperato-
 rem in illa profectioe secutus. Post tres
 Archiepiscopos, sedebant tres Episcopi
 Germani. Ceteri ex diversis Italiae par-
 tibus erant. Aderant quoque Cardina-
 les Presbyteri tredecim, Diaconi tres,
 complures alii Clerici Ecclesie Romanæ,
 quidam Proceres Laici cum tota Roma-
 norum militia. Conticentibus omnibus
 Imperator dixit: *Omnino decuisset Joan-*
nem Papam huic venerabili interesse Con-
cilio. Dicite nobis, cur venire refugiat?
 Responderunt Episcopi: *Miramur, quod*
prudentia tua nos percontari velit, quod
nec

to. 9. Conc.
 p. 648.

Luitpr. VI.
 c. 7.

Sæculum X. *nec Babylonicos, nec Ibericos, nec Indicos incolas latet. Ita aperte Diabolica pertractat negotia, ut nihil circuitionis utatur.* (*) Ad hæc Imperator: *Justum est, ut accusationes speciatim proferrantur.*

Tunc confurgens Petrus Cardinalis Presbyter testatus est, se vidisse illum Missam celebrasse, & non communicasse. Joannes Episcopus Narniensis & Joannes Cardinalis Diaconus dixerunt, se vidisse Joannem Papam extra tempora præscripta in equorum stabulo Diaconum ordinasse. Benedictus Cardinalis Diaconus Libellum omnium Presbyterorum & Diaconorum nomine legit, in quo accusabatur Joannes Papa, quod accepto pretio Episcopus ordinaret, & quod puerum decennem Tudertinæ civitati Episcopum consecrasset. Dixerunt, quod certissime scirent, ipsum Rainerii viduæ, Stephanæ patris concubinæ, (**); & Annæ viduæ neptisque ejus corporibus sacrilega libidine illusisse. Sacrum Palatium in Lupanar convertisse. Publice venatum exivisse. Benedictum, Spiritualem patrem suum, oculis privasse, qui ex illa scævitia mox mortuus esset. Joannem Cardinalem

(*) Sunt ipsa verba Actorum.

(**) Hic dicitur Patris Concubina, quæ superius Concubinæ soror dicta.

nalem Subdiaconum, virilibus amputatis, occidisse. Quasdam ædes incendi jussisse, & ense accinctum, galeaque & lorica indutum fuisse conspectum. Omnes tam Clerici, quam Laici acclamarunt, quod in amorem Diaboli vinum bibisset, quod in ludo aleæ Veneris, Jovis cæterorumque Dæmonum auxilium poposcisset, quod nec horas matutinas, nec Canonicas recitasset, nec signo Crucis se muniisset.

Quia vero Romani linguæ Saxonica, qua utebatur Imperator, ignari erant, Luitprandum Episcopum Cremonensem iis suo nomine latino sermone hæc dicere jussit; *Persæpe fit, quod experti loquimur, viros in Dignitate constitutos invidorum calumniis maculari. Unde banc Accusationem, quam modo Benedictus Diaconus legit, suspectam habemus. Quare omnes obtestor per Deum, quem nemo fallere potest, per Sanctam ejus Genitricem, perque pretiosissimum corpus Principis Apostolorum, in cujus hæc recitantur Ecclesia, ut nihil contra Dominum Papam proferatur, quod non sit ab ipso patratum, etque a viris probatissimis visum.* Tunc Episcopi, Clerici populusque Romanus uno ore dixerunt: *Si ea, quæ a Benedicto Diacono lecta sunt, bisque ampliora & turpiora facinora Joannes Papa non commisit, Apostolorum Princeps a vinculis*

Sæculum X.
A. C. 963.

c. 2.

Acta Concilii.

Hist. Eccles. Tom. XIII.

D d

pec-

Sæculum X. A. C. 963. *peccatorum nostrorum nos non absolvat, anathematis vinculo innodati simus, atque in extremo Judicii die in parte sinistra inter hædos inveniamur. Quod si fidem nobis non habes, toti exercitui tuo crede, cui ante quibusque dies ense, clypeo, galea, lorica munitus occurrit. Et nisi interfluxisset Tiberis, ita ornatus captus fuisset. Imperator dixit: Tot sunt bujus rei testes, quot sunt in exercitu meo commilitones.*

6.9. *Itaque Imperatoris nomine epistola ad Papam missa, quæ sic se habet: Romanam ob servitium Dei venientes, cum causam absentiae vestrae ex Episcopis & Cardinalibus quaesivissemus, tam obscena de vobis protulerunt, ut si de histrionibus narrarentur, nobis verecundiam ingererent. Tam Clerici, quam Laici vos homicidii, perjurii, sacrilegii, incestus crimine cum cognata & duabus sororibus accusarunt. Dicunt & aliud auditu horridum, vos in amicitiae fœdus vinum Diabolo propinatum sacrumque potasse, aleis ludentes Jovis, Veneris ceterorumque Deorum opem invocasse. Quare oramus vos enixe, ut veniatis, & hæc omnia diluere non dissimuletis. Si forte vim temerariae multitudinis formidatis, juramento vobis affirmamus, nihil præter Sacrorum Canonum Sanctionem agendum. Hæc epistola sexta Novembris data erat. Qua per-*
lecta

lecta Papa datis literis ad Episcopos directis respondit: *Nos audivimus dicere, (*) quod vos vultis alium Papam facere, si hæc feceritis: excommunico vos de Deo Omnipotenti, ut non habeatis licentiam ullum ordinare, & Missam celebrare.*

Sæculum X.
A.C. 963.

c. 10.

Hoc Papæ Responsum lectum est in secunda Concilii Sessione post quindecim dies, nempe vigesima secunda Novembris celebrata, cui supervenientes Henricus Archiepiscopus Trevirensis, & Episcopi, Mutinensis, Dertonensis & Placentinus interfuerunt. Ipsorum etiam consilio requisito Papæ rescriptum est in hunc ferme modum: *Ad epistolam nostram nihil, quod rationi consentaneum esset, respondistis, nec Nuncios misistis, ut decebat, qui causam vestram egissent. Si ad Synodum venire & objecta purgare non differtis, auctoritati vestræ procul dubio obediemus, sed si venire & crimina diluere dissimulatis, cum vos nec corporis ægritudo, nec longum iter retineat, sprete vestra excommunicatione, eam in vos ipsos retorquebimus. Judas cum ceteris Apostolis prius ligandi atque solvendi potestatem acceperat, sed postquam Jesum Magistrum suum prodidit, quem ligare potuit, nisi se ipsum? Si*

D d 2

Episco-

(*) Sunt ipsa verba ex Actis.

Sæculum X.
A. C. 963. Episcopi dicere volebant, Papam patris criminibus Potestatem clavium amississe, error fuit manifestus. (*) Hoc Rescriptum per Hadrianum Cardinalem Presbyterum, & Benedictum Cardinalem Diaconum Papæ missum; qui cum ad Tiberim pervenissent, eum non invenerunt, quippe pharetratus in campestris jam abierat. Nec quisquam, ubi esset, indicare poterat.

§. VII.

*Joannes deponitur. Leo VIII.
Papa.*

Itaque Cardinales cum eodem Rescripto ad S. Synodum, quæ tunc tertio est habita, reversi sunt. Secundum Canones tertio etiam vocandus fuisset Papa; sed forsan crediderunt Episcopi, fore cæremoniam inutilem, cum nescirent, quo mittendi essent, qui eum vocarent. Ut ut autem id se habeat, Imperator locutus est in hunc modum: *Expectavimus adventum Papæ, ut ipso præsentem querelas*

(*) Fleurius abrupte admodum tot Episcopos errare suspicatur. Nam Episcopi hic procul dubio loquuntur de usu potestatis clavium, & de Excommunicatione sibi ipsis a Joanne Papa intentata, quæ ut valida esset, non solum potestas clavium, sed etiam justa causa requirebatur.

relas proferremus. Verum, quoniam cum Sæculum X.
A. C. 963.
non venturum certo scimus, ut, quam per-
fide nobiscum egerit, cognoscatis, etiam
atque etiam rogamus. Namque Joannes
Papa oppressus a Berengario atque Adal-
berto, in nos rebellibus, misit in Saxoniam
nuntios, rogans, ut pro amore (*) Dei in
Italiam veniremus, atque Ecclesiam S. Pe-
tri & ipsum ex faucibus eorum liberare-
mus. Quantum, adjuvante Deo, effeceri-
mus, videtis. Nihilominus juramenti,
& fidei supra corpus Sancti Petri mihi da-
tæ, oblitus eundem Adalbertum, Romam
vocatam, contra me defendit, seditionem
commovit, & videntibus meis militibus
Dux belli factus lorica & galea armatus
apparuit. Edicat Sacra Synodus, quid
de hac re decernat.

Ad hæc Sacra Synodus dixit: Inau-
ditum vulnus inaudito cauterio est exu-
rendum. Si corruptis moribus sibi soli
& non cunctis noceret, quoquo modo tole-
randus esset, sed quot probi ipsius exemplo
perversi sunt? petimus itaque a Majesta-
te tua, ut istud monstrum e Sancta Roma-
na Ecclesia pellatur, & alius sufficiatur,
qui sibi prodesse & nobis exemplo præesse
valeat. Tunc Imperator: Placet, in-
quit,

D d 3

quit,

(*) Ex his confirmantur dicta in Nota I. Ma-
xima illis temporibus certe fuit Romanorum le-
vitas & inconstantia.

Sæculum X.
A. C. 963.
c. II. quit, quod dicitis. Nihilque gratius nobis accidat, quam virum invenire, qui huic Sanctæ & universali Sedi præsit. Omnes una voce ter repetita dixerunt: Leonem virum venerabilem, Ecclesiæ Romanæ Protoscriniarium, optime de Ecclesiâ meritum, Pastorem eligimus. Imperatore consentiente, Leo ad Lateranense Palatium de more cum Cardinalibus deducitur, die convenienti in Ecclesiâ S. Petri, mense Decembri, Papa ordinatur, eique a Fidelibus fides juratur.

vit. Joann. XII. ap. Papebr. Hic est Leo VIII. qui Sacram Sedem uno anno & quatuor mensibus obtinuit, patria Romanus, Joannis Protoscriniarii filius. Ordinatione facta eodem mense Decembri, anno nongentesimo sexagesimo tertio, Presbyteros septem, Diaconos duos creavit. Ceterum ipsa Acta Concilii, in quo electus fuit Leo, non habemus, sed solummodo narratio, quæ occurrit in fine Historiæ Luitprandi, nobis superest. (*)

§. VIII.

Romani Obitus. Nicephorus Phocas Imperator.

Cedr. p. 645. p. 642. In Oriente Romanus junior, Imperator, mortuus est decima quinta Martii eodem

(*) Hic Leo Romanorum Pontificum Catalogo

dem anno nongentesimo sexagesimo ter-
tio, mundi 6471. Indictione sexta, post-
quam imperasset annis tribus & mensi-
bus quatuor, cum viveret cupiditatum
suarum mancipium, aliorum magis quam
suo arbitrio ducebatur. Quemdam Cle-
ricum, Evnuchum, nomine Joannem, a
Constantino Imperatore, parente suo, ob
crimina pudenda probrose ejectum, &
Monachorum habitum indutum revoca-
vit, eumque iterum in numero Clerico-
rum esse iussit. Cum id Polyucto Patriar-
chæ non probaretur, vehementer insta-
bat apud Romanum Imperatorem, ut
monachum Apostatam e Palatio ejice-
ret. Sed Joannes omnibus viribus affir-
mare; se solummodo Constantini Impe-
ratoris metu compulsus, monachum si-
mulasse, nec unquam ab aliquo Presby-
tero Benedictionem accepisse. Ita Pa-
triarchæ industria delusa more Sæcula-
rium usque ad obitum Romani vixit,
tumque iterum monachi habitum, sed
non mores assumpsit.

Romanus, instigante uxore, ex Pala-
tio expulit Helenam Imperatricem, ma-

D d 4 trem

go non inseritur; sed Joannes XII. pro Legiti-
mo Pastore Ecclesiæ habetur, quamvis consensu
Ecclesiæ alius Joanni XII. suffici potuisse videat-
ur, sicut olim S. Eugenius in Sæc. VII. S. Marti-
no, innocenti, & viventi, suffectus est.

Sæculum X.
A. C. 963.

p. 642.

Sæculum X.
A. C. 963.

p. 648.

trem suam, sororesque suas, quas a matre abstractas, ritu Monialium, tonderi iussit. Hæc res Helenam ita afflixit, ut inde moreretur. At Romano fati functo Sorores ipsius abjecto habitu monastico carnem comederunt, dicentes, nunquam se sincere Moniales fuisse. Decessit vero Romanus anno ætatis vigesimo quarto, vel veneno ipsi clam propinato, vel immodicæ Veneris usu consumptus. Duos reliquit filios Basilium & Constantinum, qui ob imparem ætatem non nisi post magnum temporis spatium ad Imperium pervenerunt. Tunc Imperator proclamatus est Nicephorus Phocas, vir plus una clade Saracenis illata clarissimus, in magna Ecclesia Constantinopolitana, Die Dominica, decima sexta Augusti, eodem anno nongentesimo sexagesimo tertio, Indictione sexta a Polyeucto Patriarcha coronatus. Vigesima Septembris Theophaniam Romani viduam Conjugem accepit, quam se procul dimissuram simulaverat, & iterum carnibus vesci cœpit, a quibus ex tempore mortis Bardæ filii sui, ex primo matrimonio suscepti, abstinuerat; eum enim funesto casu peremptum amiserat. Nuptiæ secundæ in Ecclesia nova Palatii celebratæ; at vero in Sanctuarium pedem inferre volentem, manu prehensum, Polyeuctus Patriarcha prope cancellos retinens,

mens, ait, non passurum se, ipsum ultra ^{Sæculum X.}
 progredi, nisi ob secundas nuptias initas ^{A. C. 962.}
 pœnitentiam recepisset. Quæ res Ni-
 cephorum maximopere offendit, ideo-
 que Patriarcham, quoad vixit, averfatus
 est. Præterea fama vulgatum, Nice-
 phorum Theophaniæ prolem e Sacro
 fonte levasse. His auditis præcepit Po-
 lyeuçtus, ut vel eam dimitteret, vel Ec-
 clesiam non intraret. Maluit Nicepho-
 rus ab Ecclesia excludi, quam a dilecta
 Theophania avelli. Collectis autem
 Episcopis, tunc Constantinopoli versanti-
 bus, & Senatorum præcipuis hanc cau-
 sam examini subjecit. Illi dicunt, hanc
 legem a Constantino Copronymo fuisse
 conditam, quæ non deberet observari,
 atque Nicephorum datis literis absol-
 vunt. Polyeuçto adhuc dum recusante
 cum Imperatore communicare, Bardas
 Cæsar, Imperatoris parens, palam edi-
 xit, Nicephorum filium suum nunquam
 prolem ex Theophania antea natam e
 fonte Sacro levasse, & Stylianus, Palatii
 Protopapa, id est, Presbyterorum pri-
 mus, qui sparsi rumoris auctor diceba-
 tur, addito juramento affirmavit, se nun-
 quam vidisse, vel audivisse, vel Bardam,
 vel Nicephorum cum Theophania Con-
 patrem fuisse. Tunc tandem Polyeuçtus,
 etsi sciret, Stylianum pejerasse, hanc affi-
 nitatem Spiritualem dissimulavit. Ce-

D d 5 terum,

Sæculum X. A. C. 964. terum, haud facile quis divinaverit, quo pacto illi Episcopi antiquam Disciplinæ Ecclesiasticæ Constitutionem Copronymi legem esse dixerint.

§. IX.

Joannes XII. Leonem deponit.

Suppl. Reg. Luitpr. VI. c. II.

Otto Imperator Natalis Domini Solemnis anno 963. Romæ celebratis majorem exercitus partem, ne Romanis oneri esset, dimiserat; hi vero instigante Joanne Papa in Ottonem conjurant, & vitæ ejus insidiantur. Qui, pessimorum mancipiorum consilio detecto, Romanorum haud paucos tertia Januarii anno 964. ultimo supplicio addixit. Tum reliqui cives novo sacramento fidem promittunt, & Imperator elapso octiduo Roma excedens, Spoletum petiturus, Romanorum obsides, rogante Leone Papa, libertati restituit. Ipsi Joannem Papam revocant, quo Urbem intrante, Leoni vix licuit effugere & ad Imperatorem pervenire. Joannes Papa Joanni Cardinali Diacono dextram amputari, & Azonem Protoscriniarium lingua, naribus & duobus digitis mulctari jussit.

tom. 9. Conc. p. 653.

Paucis post reditum suum diebus Joannes Papa, vigesima sexta Februarii, anno nongentesimo sexagesimo quarto, Indictione septima, Concilium in Ecclesia S. Petri, præsentibus Episcopis sexdecim, omni-

omnibus patria Italis, & ex Patrimonio Sæculum X.
 Ecclesiæ, & duodecim Presbyteris Car- A. C. 964.
 dinalibus, celebravit. Quorum plerique
 Concilio ante trimestre habito, in quo
 depositus fuerat, intererant. Isti vero
 Papa initium dedit, dicens: *Scitis, di-*
lectissimi Fratres, me ex propria Sede per
duos menses Imperatoris vi fuisse expul-
sum; quapropter interrogo vos, an cano-
nica Synodus dici possit, illa, quæ in Eccle-
sia mea me absente, quarta Decembris, ab
Ottone Imperatore suisque Archiepiscopis
atque Episcopis habita est? Concilium re-
 spondit: *Prostibulum fuit, favens Leoni*
adultero, alienæ Sponsæ invasori. Papa:
Ergo a nobis damnanda est? Concilium:
Auctoritate SS. Patrum damnanda est.
 Tum sententia pronunciata, amplius Pa-
 pa dixit: *An Episcopi, a nobis ordinati,*
in nostra Patriarchali domo ordinationem
facere potuerunt? Concilium respon-
 dit: *Non potuerunt.* Tum Papa: *Quid*
censetis de Sicone, Episcopo a nobis dudum
consecrato, qui in nostro Palatio Leonem
Curialem & Neophytum in nos perjurum,
Ostiarium, Lectorem, Acolythum, Sub-
diaconum, Diaconum, atque subito Pres-
byterum ordinavit, eumque sine præceden-
te examine contra omnia SS. Patrum sta-
tuta in nostra Apostolica Sede consecrare
ausus est? Concilium: *Deponendi sunt*
& qui ordinavit & qui ordinatus est.
 Papa:

Sæculum X. Papa: *Nescitur, ubi lateat.* Concilium:
 A. C. 964. *Requiratur diligenter usque ad tertium
 Conventum. Si non repertus fuerit, ca-
 nonica sententia feriatur.*

Tunc iterum Papa: *Quid igitur, Re-
 verendissimi Fratres, sancitis de istis duo-
 bus Episcopis a nobis ordinatis, Benedi-
 cto scilicet Portuensi & Gregorio Alba-
 nensi, qui super Usurpatorem preces pro-
 nunciarunt? Concilium: Simili pena
 mulcentur. Sed vestra interim relin-
 quantur potestati usque ad tertium Con-
 ventum.* Papa: *Quid ergo de usurpato-
 re nostræ Sedis faciendum censetis? Con-
 cili.* *cilium: Omnino damnetur; ne ullus de-
 inceptus Curialium, aut Neophytorum, aut
 Judicum, aut publice penitentium ad
 Summum Ecclesiæ gradum aspirare præ-
 sumat.* Tunc vero Joannes Papa Sen-
 tentiam contra Leonem tulit, omni ho-
 nore Sacerdotali, & omni potestate priva-
 vit, addita comminatione perpetui ana-
 thematis, si aliquid de Sacro Ministerio
 Sacerdotii peragere, aut in Apostolico
 Throno residere tentasset. Iisdem vin-
 culis omnes ejus socios & fautores inno-
 davit. Subjunxit: *Quid sentitis de iis,
 qui ab ipso ordinati sunt? Concilium:
 deponantur!* mox Papa præcepit, eos in
 Concilium ingredi, Planetis & Stolis
 indutos, & singulos manu propria in pa-
 gina hæc verba scribere: *Pater meus
 nihil*

nihil sibi habuit, nihil mihi dedit. (*) Sæculum X.
 Sic eos in pristinum gradum detruxit. A. C. 964.

In secunda Sessione, altera die habita, cum Papa dixisset, Siconem diligenter quaesitum inveniri non potuisse, Concilium statuit, ut ejus damnatio usque in tertiam Sessionem suspenderetur. Papa deinde duos Episcopos, qui Leonem ordinaverant, scilicet Benedictum Portuensem & Gregorium Albanensem ad se vocat, & utrumque in charta hæc verba legere jubet: *Ego Benedictus Episcopus S. Portuensis Ecclesie, Ego Gregorius Episcopus S. Albanensis Ecclesie, vivente Patre meo consecravi in loco ejus Leonem Curialem Neophytum & perjurum (**)* contra Statuta SS. Patrum. Tum sententia in tertiam Sessionem dilata, Papa dixit: *Quid, dilectissimi Fratres, de illis agendum censetis, qui Neophyto pecunias mutuas dederunt ad coemendam Spiritus S. gratiam, quæ nullo pretio venundari potest?* Concilium respondit: *Si Episcopus est, Presbyter aut Diaconus de gradu suo dejiciatur, si monachus aut laicus anathemate percutiatur.* Abbates vero in ditione Pontificis existentes, qui præcedenti Concilio interfuerant, ipsius iudicio

(*) Hic, nomine Patris, ordinans accipitur.

(**) Leo ante Pontificatum erat Laicus, ut Sigebertus scribit.

Sæculum X. A. C. 964. *cio relictæ sunt. Dixit Papa: Hoc etiam statuite, ne unquam minor possit gradum suum majori tollere, & si fecerit Communione privetur, simili modo monachi in illis locis, in quibus Sæculo renunciarunt, maneant. Concilium: Id a nobis statutum sit & confirmatum.*

*Sup. lib.
XLIII.
§. 58.*

In Sessione tertia Papa sententiam protulit in contumacem Siconem Episcopum Ostiensem, qui cum Collegis Leoni manus imposuerat, & omni spe Restitutionis sublata, a Sacerdotio deposuit. Illos, quos Leo ordinaverat, in pristinum gradum dejecit, quod nempe ab ipso nihil accepissent, ea quæ Stephanus Papa egerat contra Clericos a Constantino ordinatos in exemplum adducens. Tandem statuitur, ne Laicus, cum Missæ Solemnia celebrantur, Altari proximus aut intra Sanctuarium consistat. Hæc sunt Acta hujus Concilii, quod magis quam superius in Canones peccare videtur. In quo Leo, absens, in prima Sessione, nunquam vocatus, sine Actore, sine testibus condemnatur. Illud vero notatu dignissimum, quod in hac Synodo, sicut in omnibus aliis, Auctoritas Canonum & SS. Patrum producuntur. (*)

§. X.

(*) Leo in hoc Concilio canonicè depositus dici vix posset, nisi alia obfisterent.

§. X.

Sæculum X.
A. C. 964.*Joannis XII. mors. Benedictus V.
Papa.*

Hoc Concilio celebrato, Joannes XII. *Luitpr. VI.*
 Papa tres non totos menses super- *hist. c. XI.*
 fles fuit. Namque cum quadam nocte *Supl. Regin.*
 extra Urbem cum femina nupta libidi- *an. 964.*
 naretur, in temporibus percussus, post
 exactum octiduum non accepto Sacro
 Viatico animam exhalavit. (*) Sublatus
 est decima quarta Maji, postquam S. Se-
 dem, si totum tempus ab ejus electione
 censeatur, annis octo & prope duobus
 mensibus tenuisset. Tunc vero Roma-
 ni, Ottonis Imperatoris iram pertime-
 scentes,

(*) Merito hic notandum, quod scribit Na-
 talis Alexander tom. XI. p. m. 249. *Joannem*
XII. Auctor Appendicis ad Luitprandum, no-
cte quadam, dum fædis amoribus indulgeret, in
temporibus a Diabolo percussum (alii a mulie-
ris qua abutebatur marito) eoque ex vulnere
infra octo dies mortuum scribunt. Ottonis Im-
peratoris partibus, quem Sanctissimum semper
vocat, penitus devotum extitisse, & Leoni VIII.
addictum Auctorem illum, certum est. Ut non
immerito veniant in suspicionem plurima quæ
de Joanne XII. & infausto ejus obitu memo-
rat.

Fuit Luitprandus Episcopus Cremonensis.

Seculum X. scentes, & fidei, quam eidem & Leoni
A. C. 964. Papæ juraverant, immemores, Benedi-
 ctum Cardinalem Diaconum Ecclesie
 Romanæ eligunt, & ordinant, promit-
 tentes & Sacramento se obstringentes,
 nunquam se ab ipso defecturos, & con-
 tra Imperatorem defensuros. Is Bene-
 dictus V. dicitur.

His compertis Otto, collecto exerci-
 tu, Romam obsidet, cuncti qui fuga se se
 proripere conabantur, aliquo corporis
 membro mutilantur. Animum ad pro-
 pugnandam civitatem addidit Benedi-
 ctus Papa, murosque conscendit, Impe-
 ratori militibusque ejus excommunica-
 tionem comminatus. Sed Imperatore
 obsidionem strenue urgente Romani di-
 ra fame pressi in Vigilia S. Joannis Præ-
 cursoris, vigesima tertia Junii anno 964.
 portis apertis victorem recipiunt. Tunc
 vero Benedictum Ottoni tradunt, & Leo-
 nem VIII. a Joanne depositum, Papam
 venerantur.

tom. 9. Conc. Concilium deinde in Ecclesia Late-
p. 659. ex ranensi celebratur, Leone Papa præsi-
Luitpr. te, Ottone Imperatore Episcopisque Ro-
 manis, Italis, Lotharingis, Saxonibus,
 Clericis populoque Romano, præsentibus.
 Benedictus Papa vestibibus Pontifi-
 ciiis ornatus, illorum, qui ipsum elegerant,
 manibus introducitur, ad quem Bene-
 dictus, Archidiaconus Cardinalis:

Qua

Qua auctoritate, quo jure, Usurpator, has vestes Pontificias invasisti, superstite Venerabili Papa Leone, hic praesente, quem nobiscum, rejecto Joanne, elegisti? num inficiari potes, te praesenti Domino Imperatori juramento promississe, nunquam tecum ceteris Romanis Papam electurum, aut ordinaturum, absque illius, filiique sui Regis Ottonis consensu? Benedictus respondit: Si quid peccavi, miseremini mei. Ad haec Imperator, effusis lacrymis, Episcopos rogavit, ne quodquam praedictum inferretur, si vellet & posset ad interrogata responderet, & si culpam fateretur, pro Dei timore ei veniam concederent. Quo audito Benedictus ad pedes Leonis Papae & Imperatoris provolutus clamabat, se peccasse, & Sacrae Sedis invasorem esse. () Tum Pallium sibi ipsi detraxit, quod cum ferula, seu baculo Pastoralis, quem manu gestabat, Leoni reddidit. Leo ferulam minutim confractam populo ostendit. Mox sedere jubet Benedictum, & Casula Stolaque ei ablatis ad Episcopos dixit: *Benedictum Apostolicae Sedis invasorem omni Pontificatus & Presbyteratus honore privamus; ob misericordiam vero Domini**

Sæculum X.
 A. C. 964.

(*) Majore plane constantia Dignitatem suam tueri Summum Pontificem decuisset.

Sæculum X. *Domini Imperatoris, qui nos Sedi nostra*
A. C. 964. *restituit, eum Diaconatus Ordinem babe-*
re permittimus, ea conditione, si non Ro-
mæ maneat, sed in exilium migret.

Occurrit hic Concilii istius Decre-
 tum, in quo Leo Papa cum toto Cle-
 ro, populoque Romano, Ottoni ejusque
 Successoribus concedit, confirmatque
 facultatem, deligendi sibi Successorem
 in Regno Italiæ, Papam constituendi, Epi-
 scopos investiendi; ita ut nec Patricius,
 nec Papa, nec Episcopus absque ejus
 consensu eligi possit, addita Excommu-
 nicationis, perpetui exilii & ultimi sup-
 plicii pœna. Nempe in hoc Concilio
 Potestas Sæcularis juncta erat Spiritualis,
 Populo Romano æque ac Clero præsen-
 te. In eodem Decreto dicitur, id fieri
 ad exemplum Hadriani Papæ, qui Caro-
 lo Magno unacum Dignitate Patricii Or-
 dinationem Sacræ Sedis & investituram
 Episcoporum concessisset. (*) Sed in
 Scripto-

(*) De hac Synodo & Constitutione pag.
 qua supra Natalis Alex. Hanc Constitutionem,
 quam refert Gratianus Dist. LXIII. Cap. in
 Synodo. Doctissimus Cardinalis Baronius sup-
 posititiam esse probat. Reclamat vir pariter do-
 ctissimus Petrus Marca Lib. VIII. de concordia
 Sacerdotii & Imperii Cap. XII. sed Baronii
 argumentis non respondet, petitis i. a falsitate
 similiis

Scriptoribus illius temporis hujus rei Sæculum X.
 mentio non fit, quamvis aliunde constet, A. C. 965.
 post tempora Caroli Magni æque ac an-
 tea ad ordinandum Pontificem Impera-
 torum consensum fuisse necessarium.

Otto Imperator Festis S. Joannis, &
 SS. Petri & Pauli Romæ celebratis, inde
 cum exercitu excedens, in Italia tamen
 reliquo anni tempore moratus est, ubi
 dira pestis Germanos invasit, quæ præ-
 ter alios Proceres Henricum quoque Ar-
 chiepiscopum Trevirensis sustulit. Hen-
 rico successit Theodoricus Trevirensis
 Ecclesiæ Diaconus. Tandem Imperator,
 Festo Nativitatis Domini Ticini celebra-
 to, in Germaniam rediit, & in Franconia
 toto Quadragesimæ tempore anno non-
 gentesimo sexagesimo quinto versatus,
 Ingelheimii Festa Resurrectionis Domini-
 cæ transegit. Inde reversus in Saxo-
 niam, Benedictum Papam, haud diu ab-
 hinc depositum, secum deducens, eun-
 dem Adaldagi Archiepiscopi Bremensis

V. Marca
 VIII. Conc.
 c. 12. &c.
 c. 19. n. 6.

Suppl. Reg.
 an. 964.

ibid. an. 965.
 22.

E e 2 &

similis concessionis. quam ab Hadriano I. Caro-
 lo M. factam ait 2. Quod absurdum sit,
 Leonem VIII. concessisse Ottoni jam Imperato-
 ri, ut esset Patricius & Rex, quod in ea Con-
 stitutione habetur. 3. Quod hujus Constitutio-
 nis violatoribus non modo excommunicatio, sed
 ultimum etiam supplicium irrogetur: quod a
 Stylo Pontificiarum Constitutionum alienum &c.

Sæculum X. A. C. 965. Hamburgensis custodiæ commisit. Adal-
dagus, Imperatorem in Italiam profici-
scientem ab initio secutus, complures Re-
liquias Roma allatas in varias suæ Dica-
cesis Ecclesias distribuit; Benedictum
Papam vero Hamburgi custodivit, ma-
gno honore eum prosecutus, utpote vi-
rum eruditum, virtutibus insignem, &
si in ipsius electione contra Canones pec-
catum non fuisset, Papatu dignum. (*)
Quippe bono vitæ exemplo & doctrina
Saxones in Fide confirmavit. Jamque
Imperator, Benedictum Romanis, eum
deposcentibus, remittere cogitabat, cum
Hamburgi, quinta Julii, anno nongente-
simo sexagesimo quinto, e vivis abiit.
Hodieque hujus Papæ sepulchrum ibi-
dem in Ecclesia Cathedrali, sed demum
post aliquot sæcula extructum, visitur.

*sp. Papebr.
conat.*

§. XI.

Joannes XIII. Papa.

Leone VIII. sub initium mensis Aprilis,
postquam sedisset anno uno & men-
sibus quatuor, fatis functo, Romani ad-
ornata Legatione Azonem Protoscri-
narium & Marinum Episcopum Sutrien-
sem

(*) Fleurius Leonem, potius quam Benedi-
ctum, legitimum Pontificem fuisse existimare vi-
derur. Sed contra torrentem graditur.

sem ad Ottonem Imperatorem in Saxo-
 niam mittunt, ut, quem vellet, Pontifi-
 cem constitueret. Imperator honorifi-
 ce exceptos remisit in Italiam, additis
 comitibus Ogerio Episcopo Spirensi &
 Linzone Episcopo Cremonensi; quibus
 Romam pervenientibus communi con-
 sensu electus est Joannes, Episcopus Nar-
 niensis (*), & Sanctæ Cathedræ imposi-
 tus, qui dictus Joannes XIII. annis pro-
 pe septem sedit. Is, patria Romanus,
 cujusdam Episcopi, cui etiam Joannes
 nomen erat, filius, cum sub ipsa Ponti-
 ficatus auspiciis elatiore quam par esset
 animo Romanorum præcipuos regeret,
 cunctorum odium in se conceitavit. Qua-
 re Rosfredus Comes Campaniæ & Petrus
 Præfectus Romæ, operam jungentibus
 populi Tribunis, comprehensum Pontifi-
 cem primo in Castrum SS. Angelorum
 conjiciunt, & in Campaniam deinde de-
 duci jubent, ubi mensibus undecim per-
 manere coactus est.

Sæculum X.
 A. C. 965.

M. S. ap.
 Papebr.

E e 3

§. XII.

(*) Notandum, quod Joanni XIII. ob transla-
 tionem ab una Sede ad aliam, nempe Romanam,
 nemo amplius litem moverit; quæ res olim For-
 moso Papæ tanquam ingens crimen objicieba-
 tur.

Sæculum X.⁷

A. C. 965.

§. XII.

S. Brunonis Archiepiscopi Colonienfis obitus.

*Sup. S. I.
vit. Brun.*

c. 40.

c. 25.

Rex Otto iter in Italiam suscipiens, ut diximus, Germaniam & Ottonem filium suum adolescentem curæ Brunonis Fratris sui, Archiepiscopi Colonienfis & Lotharingæ Ducis, id est, Regno Lotharii præfecti, commiserat. Verum negotia hujus Sæculi nunquam impedimento fuerunt, quo minus se Bruno Religionis operibus dederet, præsertim piorum librorum lectioni, cui continuo vacabat, omnesque amicos suos ad idem studium incitabat; desidiosos vero aversabatur. Luxum oderat, atque illa oblectamenta, quibus Principes plerumque capiuntur, & si aliquando importunis suorum precibus aliquid dare compulsus fuisset, perditas horas multis lacrymis deslebat. Vitam præsentem cunctasque mundi illecebras fastidians vitæ futuræ beatitudinem anhelabat, sæpe in lectulo suo decumbens delicias Cœlestes suspirare auditus. Non nunquam inter convivas mensæ assidebat jucundissimus, sed nihil manducans. In medio Procerum & Vasallorum suorum purpura & auro splendentium ipse vulgari pæne vestitu & ad Religiosam modestiam composito incedebat. Raro balneo utebatur, quamvis

vis a cunis molliiter & delicate, ut Regia Sæculum X.
 soboles solet, fuisset educatus. A.C. 965.

Sacris Reliquiis diligenter conqui-
 tis S. Bruno Diocesim suam locupleta-
 vit. Permultas Ecclesias & Monasteria *c. 26. 27.*

restauravit. In primis curis ei fuere Re-
 clusi, quos certis Ecclesiis adscriptos esse *c. 32.*

volebat, iisque necessaria vitæ subsidia
 suppeditabat. Verbum Dei prædicabat,
 Sacras Scripturas prolixè & subtiliter ex-
 plicans. In parte Occidentali Regni *c. 37.*

Lotharingiæ luridos mores exhibebant
 Clerici, invidi, refractarii, regendis po-
 pulis impares; quare Bruno in illa re-
 gione Episcopos tanto muneri idoneos *c. 38.*

& virtute præstantes constituit. Regnum
 Lotharingiæ delinitis seditiosorum ani-
 mis pacavit. Regem Franciæ Lotha-
 rium, nepotem suum, contra Procerum *p. 39.*

machinationes adjuvit.

Otto Imperator post reditum ex Ita-
 lia, anno Imperii sui trigesimo, id est,
 Salutis nongentesimo sexagesimo quinto,
 Festum Pentecostes in societate Fratris *c. 41.*

sui Archiepiscopi Coloniae celebravit;
 nec ullus conventus a multis annis vel
 amplior, vel illustrior fuit. Rebus com-
 positis, cum mutuo valedicerent, copio-
 sas lacrymas fuderunt Fratres, & Archi-
 episcopus Compendium contendit, inter
 nepotes suos dissidentes, Regem Lotha-
 rium & Hugonis Magni filios pacem con-

Sæculum X. ciliaturus. Piissimo labori intentus morbo corripitur, seque Remos lectica vehi jubet, toto itinere lectioni vacans. Udalricus Archiepiscopus Remensis honorifice exceptum omnibus quibus potuit officiis languentem fovit. Bruno autem duos Episcopos, itineris illius socios, Theodoricum Metensem nepotem suum, Adalberonis, anno superiore defuncti, Successorem, & Wicfridum Virdunensem ad se vocatos, testamenti sui testes esse voluit, quo de omnibus suis rebus decernebat, illis redditibus in commentario separato adnotatis, quos ad facta Ecclesiarum conservanda designabat. Tum iisdem Episcopis devote confessus, cum, ipso petente, Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini Nostri afferretur, toto corpore, antequam illud sumeret, in terram se se projecit. (*) Tum Episcopos, Optimates, ceterosque circumstantes, lamentis maturam mortem prosequentes, blande consolatus, cum iis omnibus Vesperas, & provecta jam nocte

(*) Inde contra Protestantes probatur in Sæc. X. in Ecclesia morem fuisse S. Eucharistiam adorandi. Ut nihil dicamus de Cæremoniis per omnia Sæcula in Missæ Solemnis consuetis, quæ sine nefando Idololatriæ cultu adhiberi non poterant, nisi Jesus Christus in Eucharistia corporali præsentia existeret.

nocte Completorium recitavit. Tandem obiit, ingenti sui desiderio apud omnes probos relicto, undecima Octobris, anno ætatis quadragesimo, Pontificatus sui duodecimo. Ipsi corpus Coloniam delatum, atque, ut præceperat, in Monasterio S. Pantaleonis, quod fundaverat, sepultum est.

In Archiepiscopali Dignitate ei successit Folcmarus Diaconus & ejusdem Ecclesiæ Oeconomus, qui defuncti vitam recenti adhucdum apud omnes memoria scribi jussit.

§. XIII.

Poloni convertuntur.

Ad hunc annum nongentesimum sexagesimum quintum conversio Misecenis, seu Mieceslai, Ducis Poloniæ, refertur. Is conjugem acceperat Boleslai Senioris, Ducis Bohemiæ sororem, nam utraque natio, Poloni, Bohemique, Sclavorum erant progenies. Cum vero piissima Princeps, cui *Dobrava*, id est, Bona, nomen erat, Christianis Sacris esset imbuta, omnes curas cogitationesque eo contulit, ut maritum Ducem a Gentilium superstitionibus ad fidem Christi traduceret. Prima, quæ initum matrimonium secuta est, Quadragesima ipsius precibus dedit, ut carnes comederet, Ducisque animum continuis obsequiis si-

E e 5 bi

Sæculum X. bi devinctum suis deinde exhortationi-
 A.C. 966. bus permovit, ut Baptismum reciperet.
 Cum Principe conversi sunt complures
 Subditi; tumque Jordanus primus illius
 Gentis Episcopus cum Duce & Ducissa
 ad stabiliendam veram Religionem egre-
 giam operam navavit. Filium suscepe-
 runt, dictum Boleslaum, qui Patri in Du-
 catu successit. Sed Princeps juvenis,
 matre mortua, quamdam Sanctimonia-
 lem ex Gente Germanorum, Odam no-
 mine, Theodorici Marchionis filiam, con-
 nubio sibi junxit. Non probabatur Epis-
 copis damnata conjunctio, & minime
 Hilibarto Halberstadiensis, ex cujus Dice-
 cesi puella fuerat evocata. Dissimula-
 vit tamen facinus, ne pacem turbaret, aut
 populis noceret. Oda vero aliqua ra-
 tione culpam delevit, cum Religionis in-
 crementum attulit, & plurimos capti-
 vos libertati restituit. Ceterum filios
 tres peperit ex Duce Marito, anno non-
 gentesimo nonagesimo secundo fati-
 functo.

§. XIV.

Frodoardus. Scripta.

Flog. Sæc. In Francia Flodoardo seu Frodoardo an-
V. Bened. no nongentesimo sexagesimo sexto e-
p. 325. vivis migrante Ecclesia Gallicana maxi-
 mum hujus Sæculi decus amisit. Circa
 annum octingentesimum nonagesimum
 quar-

quartum Sparnaci ad Matronam natus, Sæculum X.
A. C. 966.
 in Schola Remensi a Discipulis Remigii
 & Hubaldi, de quibus suo loco mentio- Sup. Lib.
LV. § 4. §. 14
 nem feci, eruditus, Canonicus Remen-
 sis & Parochus Culmisiacensis fuit. Ro-
 mam circa annum nongentesimum tri-
 gesimum sextum profectus perbenigne &
 honorifice a Leone VII. Papa exceptus
 est. Cum vero Hugonem adolescentem
 in Sedem Remensem intrudi non appro-
 baret, contumeliose habitus est; quin &
 aliquamdiu captivus inter Canonicos
 Remenses a Comite Heberto detentus.
 Econtra Artaldo Archiepiscopo constan-
 ter favens, cum ipso Concilio Viridunensi
 anno nongentesimo quadagesimo septi-
 mo, & Electioni Udalrici, anno nongen-
 tesimo sexagesimo secundo, interfuit. I-
 pse Frodoardus Episcopus Noviodunensis
 electus fuit; quam vero Dignitatem
 Eucherio S. Medardi Decano relinquere
 compulsus est. Id enim ex quadam Epi-
 stola Adaldagi Archiepiscopi Bremensis
 cognoscimus. Obiit Frodoardus anno
 ætatis septuagesimo tertio, reparatæ Sa-
 lutis nongentesimo sexagesimo sexto, vi-
 gesima octava Martii, tam ob morum pu-
 ritatem, quam ceteras virtutes atque
 excellentem doctrinam a cunctis in ma-
 gno pretio habitus.

Frodoardi Scripta typis edita habe-
 mus, ipsius Historiam & Chronicum. Hi-
 storia

Sæculum X.
A. C. 966.
Historia Ecclesiæ Remensis in quatuor li-
bros divisa, atque ex Tabulariis, quorum
ipse Custos erat, ex Actis Martyrum a-
liorumque Sanctorum, ex Actis Conci-
liorum, ex Epistolis Pontificum aliisque
monumentis genuinis excerpta, ab illius
Ecclesiæ origine usque ad Auctoris tem-
pora deducitur, & cuidam Episcopo, quem
Kudolphum Laudunensem esse credunt,
inscripta est. Chronicum illa omnia
complectitur in singulos annos digesta,
quæ ipsius ætate in Francia & circumja-
centibus Regionibus, memoratu digna,
acta sunt. Initium ducebatur ab anno
917. usque ad annum 965. sed plus ad
nos non pervenit, quam commentarius
ab anno 919. ab alio usque ad annum 978.
continuatus. Frodoardus etiam carmi-
ne concinnavit vitas Sanctorum, ex qui-
bus non nullæ manu ejus scriptæ Acta
Summorum Pontificum a Gregorio II.
usque ad Leonem VII. continentes, an-
te annos non admodum multos, in lucem
editæ sunt.

§. XV.

Joannes XIII. restitutus.

Supl. Reg.
956. Otto Imperator anno nongentesimo se-
xagesimo sexto in autumno in Ita-
liam profectus Sigulfum Episcopum Pla-
centinum, & aliquot alios, Comites Ita-
los, qui anno superiore ab Ottone ad Ad-
alber-

albertum defecerant, captivos misit in Germaniam. Tunc vero Romani, male sibi conscii, & comperto Imperatoris adventu pavidi, Joannem XIII. Papam in Urbem revocant, & delicti veniam, ubi Imperator Romam intravit, supplices rogant. Ipse Natali Domini Romæ celebrato, duodecim Tribunorum præcipuos, quibus potissimum auctoribus Papa expulsus fuerat, suspendio necat, perduellium ducem Petrum Urbis præfectum Papæ tradit, qui, capillis equo Constantini alligatum, abrafo mento, populo spectaculum dedit. (*) Nudatus deinde & asello conversa ad caudam facie impositus per ludibrium circumducitur. Ex aselli collo tintinnabulum unum, & duo

Sæculum X.
A. C. 966.

(*) Hic iterum videmus, Romæ vitæ necisque arbitrium penes Imperatorem fuisse. Maximo certe rigore in seditiosos usus est Otto Imperator; sed hanc fortunam inexpugnabilis Romanorum obstinatio merebatur, quibus non prius quieta tempora obtigerunt, quam duras cervices lenissimo Summorum Pontificum jugo ultimis tandem Sæculis in perpetuum submisissent. Satis acerbe etiam Joannes XIII. injuriam ultus est, cum Jurisdictionis partem Imperator Pontifici exercendam reliquit. Unde illa ætate de potestate civili Romæ illud Poetæ ferme repeti poterat: *Divisum Imperium cum Jove Petrus habet.*

Sæculum X. duo alia e coxis insidentis utrinque pen-
 A.C. 967. debant, qui in capite etiam tertium ge-
 MS. ap. stabat. In isto habitu virgis quoque ca-
 Bar. & Pa- debatur, & mille conviciis proscindeba-
 pebr. tur. Tum conjicitur in carcerem, in
 quo postquam diu fuisset, ultra montes
 e patria relegatur. Jubente Imperato-
 re osia Comitis Rosfredi, qui in Papam
 manus injecerat, & Stephani Vestiaro
 præpositi, effossa sunt.

§. XVI.

Concilium Ravennatense.

to. 9. Conc.
 p. 674.

† seu Ge-
 roldi.

His peractis Otto Imperator cum Pon-
 tifice Ravennam se confert, ibique,
 Festis Paschalibus anno nongentesimo
 sexagesimo septimo celebratis, Conci-
 lium in Ecclesia S. Severi convocat, cui
 complures Episcopi Italiae, Germaniae &
 Galliae interfuere. In eo multa ad utili-
 tatem Ecclesiae statuta. Imperator Pa-
 pæ Ravennam, hujusque civitatis Ditio-
 nes reddidit, vel potius Restitutionem
 prius factam confirmavit. Duo hujus
 Concilii ad nos pervenerunt Decreta;
 primum ad Depositionem Heroldi † Ar-
 chiepiscopi Salisburgensis pertinet, qui
 oculis ob patrata crimina privatus fue-
 rat; quippe accusabatur, quod Ecclesiis
 spoliatis earum thesauros Gentilibus
 tradidisset, quibuscum in Christianorum
 necem & agendas prædas conspirasset;
 &

& quod contra Dominum Imperatorem rebellis extitisset. Quare Pontificis Antecessores perduellem deposuerant, & ejus loco Fridericum ab omnibus Nobilibus Bavarix, a Clericis & Laicis, postulatam ordinari jusserant. Cum vero Heroldus lumine utroque orbatus & depositus nihilominus Missas Pallio indutus celebraret, Joannes Papa in hoc Concilio, ipsius Depositione & Friderici Electione confirmata, omnes Heroldi fautores & Sectatores excommunicat. (*) Hoc Decretum 25. Aprilis, Indictione decima, seu anno Salutis 967. datum est, cui ipso Summo Pontifice adnumerato Episcopi quinquaginta septem subscripserunt. Post
Ponti-

(*) In Historia Salisburgensi Lib. III. Cap. XX. plura afferuntur argumenta, saltem probabilia, quibus Heroldus Archiepiscopus defenditur. Primum, quod in Tomis Conciliorum apud Reginonem, apud Baronium & Spondanum nullibi illius Decreti mentio fiat, & unde Gevvoldus illud acceperit conjicere difficile sit. Secundum, quod in monumentis quibusdam Heroldus illo anno jam mortuus tradatur. Tertium quod dubitari possit, an omnia illata crimina fuerint vera, & in Concilio Ravennæ absens defensione caruerit. Quartum, quod antiqua Monumenta Salisburgensium de perfidia vel societate cum rebellibus nihil meminerint, sed execrationis causam longe aliam prodant.

Sæculum X Pontificem Imperator signum apposuit.
 A. C. 967. Tum legitur Rodoaldus Patriarcha Aquilejensis, Petrus Archiepiscopus Ravenas, Walpertus Mediolanensis, Lanwardus Episcopus Mindensis, Otkerus Spirenensis. Reliqui omnes sunt Itali. Altero hujus Concilii Decreto Magdeburgum in Metropolim erigitur, vel verius ea, quæ Romæ anno nongentesimo sexagesimo secundo decreta fuerant, tunc opere impleta.

Sup. Lib.
LV. §. 48.

§. XVII.

S. Adalbertus Archiepiscopus Magdeburgensis.

Mabil. Act.
Sæc. V.
p. 565.
Sup. Lib.
XLVII. §. 51

† Regis.

Omniū primi Sclavos convertendi laborem in se susceperunt novæ Corbejæ Monachi, qui compluribus eorum provinciis peragratis usque ad Rügam Insulam penetrarunt, eaque tota ad fidem perducta Ecclesiæ S. Viti, eorum Patroni, fundamenta jecerunt. Hæc ætate Imperatoris † Ludovici Germanici gesta. At Sclavorum Apostolus nullus illustrior fuit S. Adalberto, primo Magdeburgensium Archiepiscopo, qui etiam Fidem Christi Russis prædicavit. Quippe Olga, hujus Gentis Regina, tempore Constantini Porphyrogeniti Imperatoris Constantinopolim profecta, ibi Baptismum & Helenæ nomen acceperat, anno deinde nongentesimo quinquagesimo

mo nono cum Legatione ad Ottonem Regem adornata, Episcopum & Presbyteros expetiisset, ille bono nuncio lætus, genti huic Episcopum deligit Libutium monachum S. Albani Moguntia, quem anno altero nongentesimo sexagesimo Adaldagus Archiepiscopus Bremensis Episcopum Rugiorum (*) seu Rufforum, utroque enim nomine appellantur, consecravit. Ecce vero profectio in annum sequentem dilata, Libutius decima quinta Februarii anno nongentesimo sexagesimo primo rebus humanis eximitur.

Sæculum X.
A. C. 967.

Libutio defuncto ad id muneris delectus est Adalbertus ad S. Maximinum Treviris Monachus. Nam Monasterium illud, tempore Regis Henrici Aucupis restauratum, diu celeberrimum Seminarium fuit, ex quo in hoc Sæculo viri eruditissimi, piissimi, & magni nominis Episcopi prodierunt. Ergo Adalberto, consilium hoc omnibus viribus approbante Guilielmo Archiepiscopo Trevirensi, qui forsan stimulante invidia virum eximium procul amovere cupiebat, inde evocato, Rex Otto omnia ad longum

Mabill. Sæc.
V. Be. p. 342.

(*) An Rugii & Ruffi gemino nomine iidem fuerint populi, Mabillonius Sæc. V. Ben. pag. 566. erudite differit.

Hist. Ecclesiast. Tom. XIII. Ff

Sæculum X.
A. C. 968.

gum iter necessaria regia munificentia suppeditavit. Tum ipse Episcopus Rugariorum ordinatus, officium Prædicationis sibi commissum subiturus, itineri se dedit. Cum vero cerneret nullum fructum sequi, seque frustra fatigari, post brevem commorationem anno nongentesimo sexagesimo secundo in patriam remeavit. In reditu non nulli ex ipsius sociis casti, ipse insidiantium manus ægre effugit. Unde conjicere est, Russos haud sincera mente Fidei Prædicatores expectasse. Adalbertus revertens peramicè exceptus est a Rege Ottone, & Archiepiscopo Guilielmo ipsius filio, qui eum exinde ut fratrem coluit, haud dubie ut prioris temporis invidiam a se amoliretur.

Elapso triennio, scilicet anno 966. defuncto Ercamberto Abbate Wicemburgensi in Diocesi Spirensi, Otto Imperator, electione Monachorum, Adalbertum eidem Monasterio præfecit, quod annis non plus duobus rexit; nam Imperator, ut, quod sibi proposuerat, Magdeburgum in Metropolim erigeret, Adalbertum primum Archiepiscopum delegit, & Romam ad petendum Pallium misit. Concessit id lubenter Papa Johannes XIII. anno nongentesimo sexagesimo octavo, in Festo S. Lucæ, decima octava

ctava Octobris, addita Abbatiam Wi-
cemburgensem retinendi licentia. Sæculum X.
A. C. 968.

Præterea Joannes Papa complura Pri-
vilegia novo Archiepiscopo Magdebur-
genſi conceſſit. Archiepiſcoporum Ger-
maniae primum, (*) Metropolitae Gallia-
rum, id eſt Archiepiſcopis Coloniae, Mo-
guntiae, & Trevirorum parem, Episcopis
vero Cardinalibus Romanis æqualem eſſe
juſſit. Potestatem dedit, duodecim
Presbyteros, ſeptem Diaconos, & vigin-
ti quatuor Cardinales ſecundum Eccleſiæ
Romanæ conſuetudinem ordinandi. Me-
tropolitam totius Sclavorum nationis Episcopatus
in Germania.
ultra Albi & Salam fluvios conſtituit.
Præcepit quoque Eccleſias Cathedrales
fundari in illis urbibus, quarum cives
Barbarorum ſuperſtitioni præ aliis fui-
ſent addicti, nempe Cizæ, Miſenæ, Mer-
ſeburgi, Brandeburgi, Havelbergæ, &
Poznami, earumque Episcopos novi Ar-
chiepiſcopi eſſe Suffraganeos. His om-
nibus a Summo Pontifice Synodali De-
creto ſtatutis, Adalbertus Archiepiſcopus
cum duobus Legatis Romanæ Eccleſiæ,
F f 2 Gui-

(*) Prærogativa antiquitatis certe gaudebat
Sedes Archiepiſcopalis Salisburgenſis. Sed
forſan tum Episcoporum Laureacenſium æmu-
latio, tum Geroldi Salisburgenſis fortuna, cauſa
fuit, ut naſcens Eccleſia præponeretur. Sed
nullus ſecutus eſt effectus.

Sæculum X. A.C. 968. Guidone Episcopo S. Rufinæ & Ecclesiæ Romanæ Bibliothecario, & Benedicto Cardinali, qui Neo-electum, cum Hilwardo Halberstadenſi Episcopo, Archiepiscopali throno imponerent, remittitur.

Otto Imperator magno lætitiæ affectu exceptos datis literis commendatiis Magdeburgum dimittit, ubi Episcopi, Marchiones & reliqui Saxonie Principes ex præcepto Imperatoris congregati, acclamatione & elevatione manuum quasi secundo advenientem eligentes in Cathedram Metropolitanam evehunt, omni sexu, omni ætate tripudiante. Tum Archiepiscopus Fæsto Nativitatis Domini celebrato, præsentibus Episcopis & Proceribus tres novos Episcopos, Bosonem Merseburgensem, Burchardum Misenenſem, & Hugonem Cizenſem, cujus Sedes posteriore tempore Naumburgum translata, ordinavit. Dudo quoque Havelbergensis & Dudelinus Brandenburgensis prius Archiepiscopo Moguntino subjecti, ipso consentiente, atque id exoptante Imperatore, Magdeburgensi Ecclesiæ & ejus Archiepiscopo Suffraganei dati sunt. Ita novus Archiepiscopus quinque Suffraganeos numerabat. Tradunt non nulli Jordanum Episcopum Poznamiensem quoque numero sextum fuisse adjunctum. Monachi vero Magdebur-

deburgenses in ædes prope Ecclesiam S. Joannis extra civitatem positam migrare iussi.

Sæculum X.
A. C. 968.

Boso, primus Episcopus Merseburgensis, olim Monachus ad S. Emmeramum

Sæc. V. Ben.
p. 112.

Ratisbonæ, inde ad Palatium Regis evocatus est. In fidei & obsequiorum præstitorum præmium dedit ei Rex Ecclesiam Cizicensem, prope quam ipse Monasterium extruxit; cumque Verbum Divinum indefesse prædicando, in regionibus Saxonix Orientem spectantibus magnam Infidelium multitudinem convertisset, & sacro fonte abluisset, optione sibi ab Imperatore oblata, cuiam ex tribus Ecclesiis Cathedralibus, quæ erigebantur, præesse vellet, elegit Merseburgensem, quam postquam anno non plus uno rexisset, prima Novembris anno nongentesimo septuagesimo e vita decessit. Ejus Successor Gisiler ab Imperatore nominatus est, quem Anno Episcopus Wormatiensis eo fastigio dignum affirmaverat.

§. XVIII.

Episcopatus Pragensis.

Sub idem ferme tempus Episcopatus Pragensis exoritur. Boleslaus crudelis Dux Bohemix, S. Wenceslai fratris sui interfector, anno nongentesimo sexagesimo septimo, e vita migrans, Successo-

Chr. Saxon.
ap. Mabill.
Sæc. 5. p. 809

Sæculum X.
A. C. 968.

cessorem reliquit filium & ipsum Boleslaum nomine, ob insignem virtutem Bonum appellatum, sincera fide Christianum, magna in subditos charitate flagrantem, viduarum, orphanorum, Clericorum, & peregrinorum Defensorem. Is Ecclesiis non minus viginti a se fundatis omnia necessaria comparavit. Sororem habebat nomine Mladam, Virginem Deo Sacram & literatam, quam pia peregrinatione ad limina SS. Apostolorum pervenientem Joannes XIII. Papa perbenigne suscepit. Eam deinde, Romæ vitæ monasticæ disciplina imbutam, quo novæ Bohemorum Ecclesiæ faveret, ex consilio Cardinalium, Abbatissam solemniter benedixit, mutato nomine Mariam appellavit, ejusque manibus Regulam S. Benedicti, & Baculum pastoralem inseruit. Epistolam quoque fratri, Duci Boleslao, reddendam tradidit, in qua Pontifex dicit: *Soror tua inter alio nomine tuo consensum nostrum petit, ad fundandum Episcopatum in Principatu tuo. Quod nos utique læto animo suscipientes Deo gratias retulimus, qui suam Ecclesiam in omnes nationes dilatat. Unde Apostolica auctoritate annuimus, ut in Ecclesia SS. Martyrum Viti & Wenceslai Episcopalis Cathedra erigatur, & apud Ecclesiam S. Georgii Congregatio Feminarum sub Regula*

Regula S. Benedicti & Regimine Filiae nostrae, Mariae, Sororis tuae, constituitur. Verumtamen non sequaris ritum Bulgarorum aut Rufforum, & non utaris lingua Sclavonica, sed Episcopum elige literis latinis apprime eruditum, qui Ecclesiae novalia, ut par est, excolere possit. Vale. Nempe cavebat Papa, ne Bohemi in Sacris Officiis, more Bulgarorum & Rufforum, Ritum Graecum adhiberent, sed uterentur Latino, qua in re Bohemos obsequentes habuit.

Saeculum X.
A. C. 968.

Igitur, ut in hac Bulla praecipuum fuerat, primus Episcopus Pragensis deligitur monachus ex Saxonia, Ditmarus nomine, vir eloquens ac literatus, qui olim orationis causa Pragam veniens amicitiam Ducis adeptus fuerat, ceterum linguam etiam Sclavonicam callebat. Hunc virum ad se per Legatos vocatum Boleslaus, congregatis omnibus Clericis & Optimatibus, precibus & hortatu Episcopum eligi curat, moxque ad Ottonem Imperatorem mittit traditis literis, in quibus orabat, ut Episcopus (*)

F f 4

ordi-

(*) Primi in Bohemia Christiani certe non fuerunt Lutherani; his enim satis fuisset, Ditmarum a Laicis vocari, & non ab Episcopo, sed a quibusvis, quos ipsi ministros Ecclesiae appellant,

Sæculum X.
A. C. 968.

ordinaretur; id cum Imperator ex Principum & Præfulum consilio concessisset, Ditmarus ab Archiepiscopo Moguntino consecratus, Pragæ deinde populo Clericisque plaudentibus excipitur. Ipse, Episcopus creatus, multas Ecclesias a Fidelibus ædificatas consecravit, & magnam Gentilium multitudinem baptizavit.

§. XIX.

S. Mathildis Regina.

Sup. L. LV. Eodem anno nongentesimo sexagesimo octavo (*) Mathildis Regina, Ottonis Imperatoris mater, Sanctam animam Deo reddidit. Ea defuncto conjuge, Rege Henrico Aucupe, in Monasterio Quedlinburgensi, a se fundato, vitam Religiosam amplexa, omnes Regulæ apices servabat, concinna majestate rursusque ea modestia & verecundia actus & sermones temperans, ut pudica virgo credi potuisset, nisi Reges filii matrem prodidissent. Nunquam ad Altare manibus vacuis nec vivente Rege conjuge, nec eo defuncto procedebat. Singulis diebus

vit. n. 14.

Mart. to. 7.

p. 362.

Mabill. Sæc.

V. añ. p. 348.

lant, Clericis ordinari, rejecto more Ecclesiæ ab Apostolis accepto, atque semper & ubique observato.

(*) Mabillonius anno 967. & sæpius dissentiunt.

bus Sacerdoti præsentabat oblationem suam panis & vini pro totius Ecclesiæ salute. Postquam autem marito orbata est, nunquam non S. Sacrificium pro peccatis Regis conjugis sui offerri curavit, qua in re illa ætate Mathilde viduarum nulla religiosior fuit. Quoad vixit, diem obitus defuncti Regis octavam, trigessimam, & anniversariam celebravit.

Circa annum nongentesimum quadragesimum sextum multas ærumnas, propriis filiis matrem persequentibus, tulit. Nam, quia liberalissime fundebat eleemosynas piissima Princeps, delata est ad filios, quod immodicis largitionibus ærarium Reipublicæ exhausisset; adeo ut Rex Otto exploratores mitteret, qui ministros, jubente Regina eleemosynas distribuentes, intercipientes, & auro spoliatos pessime habebant. Nempe compellere volebant optimam Reginam, ut relictis fundis, viduæ in solatium & subsidium vitæ concessis, velo Monastico se involveret. Nova afflictio addita est, cum Henricus Princeps, quem unice diligebat, ad partes Regis Ottonis transit. Cum igitur in dies pejus haberetur, omnibus Bonis, sibi viduæ ab Henrico Rege testamento adscriptis, a se abdicatis, in Angriam, illius regionis, quæ hodie Westphalia dicitur, partem, se recepit. Verum post brevis temporis lapsum Rex

Sæculum X.
A. C. 968.

Luitpr. IV.
hist. c. 7.

S. Mithildis
in Æramuis.

Sæculum X.
A. C. 968.
Otto adversa in bello fortuna pressus, Regina Editha Coniuge sua, Episcopis, & Optimatibus auctoribus, Reginam matrem revocat, veniam rogat, & agros, quibus spoliata fuerat, restituit. Matri etiam Henricus Princeps reconciliatus, quem non minore quam prius amore profecuta est.

Ipsa vero, pristina auctoritate utens, liberius quam unquam pauperes fovit, bonisque operibus se totam addixit. Adjuvante Rege filio suo complures extruxit Ecclesias, & Monasteria quinque, atque inter alia Monasterium Palidense, seu Poldense, in Ducatu Brunswicensi, quo tria monachorum millia congregavit. Rex Otto datis literis anno nongentesimo quinquagesimo quinto hanc donationem confirmavit.

Eodem anno obiit Henricus Dux Bavarïæ, cujus mortem Mathildis mater perpetuo luctu deflevit; namque paucis, quæ de Reginæ cultu retinuerat, abjectis, postmodum unius coloris veste induta semper incessit. Neminem carmina sæcularia cantantem audire, vel ludentem conspicerere voluit, sed solum Canticis ex S. Scriptura excerptis, aut vitas Sanctorum continentibus aures præbuit. Pauperibus bis in die refectio-
nem parari jubebat, & præterea, cum ipsa cibum sumeret, aliquam prandii vel
ccenæ

coenæ partem iisdem distribuebat. Iter ^{Sæculum X.} faciens cereos secum vehi volebat, quos ^{A. C. 968.} in Ecclesiis offerret, & alimenta pauperibus præbenda. Richburgam Sanctimonialem sibi ministrantem diligenter cavere jufferat, ne ullus egenorum nulla largitione recreatus præteriretur. In omnibus civitatibus, in quibus hyemem transigebat, magnum focum accendi præcipiebat, quo pauperes & peregrini calefierent. Iisdem non nunquam ancillæ more serviebat, quibus deinde in cubiculum receptis vel cibos, vel vestes pro diversa cujuscunque necessitate suppeditabat. Maxima cura erat, ut singulis diebus aliquod opus manuum ipsa perficeret.

Anno nongentesimo sexagesimo septimo, vigesima secunda Decembris Mathildis Regina Northuso in Thuringia, ubi Monasterium fundaverat, discedens, ad Monasterium Quedlinburgense pervenit. Ibi morbo correpta, & dissolutionis suæ diem haud procul abesse conjiciens, Richburgam tunc Abbatissam Monasterii Northusiensis ad se vocari præcepit, ejus ministerio in extremis usura. Permultis ægotantem Reginam invisentibus, Guilielmus quoque Archiepiscopus Moguntinus, ipsius nepos, venit; ad quem lætitia exultans dixit: *Non dubito, quin S. Mathildis Deus te hac miserit. Neminem te magis idoneum scio, qui matrem morientem*

Obitus.

tem

Sæculum X. *tem adjuvet, postquam filium meum Brunonem mors mihi rapuit. Nunc ergo audi me confitentem, absolutionem pronuncia. Tum ad Ecclesiam te con-
res & pro peccatis meis, pro anima Regis Henrici, Domini mei, & pro omnibus Fidelibus Missam celebrabis. (*)*

Archiepiscopus Missa celebrata ad Reginam aviam suam redit, secundo absolvit, sacro oleo ungit, & Viaticum præbet. Triduo deinde apud ipsam consumto, cum ex colore & voce cognosceret, non statim morituram, licentiam redeundi petiit. Mathildis, cum omnia in pauperes sparsisset, discedenti nihil dare potuit, nisi velamen mortuale, quod ad propriam sepulturam sibi servaverat, dicens, hoc prius ipsi quam sibi fore necessarium, quod profectioem oppido difficilem susciperet. Verum prædixisse

(*) Exemplum confessionis auricularis prorsus singulare, Aviae confitentis nepoti Sacerdoti! item Missæ pro vivis & defunctis celebratæ.

Quid ad hæc Protestantes obstinati? an sola Mathildis Papista fuit, & Idololatriæ rea? si hoc dicant, facile mendacii convincuntur. An omnes Christiani ita credebant? si istud affirmant, profecto, erravit enormiter Lutherus, doctrinam omnium retro Christianorum fidei adversam afferens.

se Mathildem eventus docuit, quippe in itinere Guilielmus Archiepiscopus subita morte rebus humanis ereptus est. Sæculum X.
A. C. 968.

Mathildis Regina duodecim diebus nepoti superstes Sabbato primæ septimanæ in Quadragesima summo mane convocatis Presbyteris & Monialibus, cum maxima utriusque sexus multitudo ad Reginam ultimo conspiciendam confluisset, cunctos in cubiculum admitti iussit. Salutaria monita omnibus dedit, præsertim Mathildi Abbatissæ Quedlinburgensi Imperatoris filii sui filiæ, nepti suæ. Deinde Presbyteris & Sanctimonialibus proxime accedere iussis, petiit, ut confessionem suam audirent, & a Deo peccatorum suorum remissionem flagitarent. Tum præcepit Missam celebrari, sibi que Domini Nostri corpus præberi. Adjuvantibus infirmam sororibus in pavimento deponitur, ipsa propriis manibus cinerem capiti imponit, atque ita eadem die, decima quarta Martii, qua Ecclesia ejus memoriam colit, anno nonagesimo sexagesimo octavo, animam Creatori reddidit, in Ecclesia S. Servasii Monasterii Quedlinburgensis sepulta. Mart. Rom.
14. Mart.

§. XX.

Luitprandus Constantinopolim Legatus.

Inter hæc Otto Imperator in Italia versabatur,

Sæculum X.
A. C. 968.

batur, quo etiam Ottonem juniorem filium suum advocaverat, anno nongentesimo sexagesimo septimo Romæ in Natali Domini a Joanne Papa XIII. coronatum. Anno sequente misit Constantinopolim Legatum Luitprandum Episcopum Cremonensem cum mandatis, quibus Annam Imperatoris Romani junioris & Imperatricis Theophaniæ, quam viduam Nicephorus Phocas Imperator duxerat, filiam, Ottoni juniore nuptui tradendam, ab eodem Imperatore peteret. Luitprandus Legationis suæ eventus literis prodidit, atque in iis aliqua occurrunt digna, quorum memoria non pereat.

Cum quarta Junii anno nongentesimo sexagesimo octavo Constantinopolim pervenisset, in quodam Palatio quasi in carcere includitur, ab omnium consortio separatus. Septima ejusdem mensis, in quam incidebat Festum Pentecostes, primo in conspectum Nicephori Imperatoris deducitur, quem nobis his ferme verbis ita depingit: *Homo est pinguis, capite pingui, oculis parvis, colore Æthiops, barba lata & spissa, prolixis & densis comis, ventre fede prominente, curtis cruribus.* (*) Sedebant ad sinistram,

(*) Addidit & aliud Luitprandus, quod honeste vix referatur, cum versu: Cui (tu) per mediam

fram, sed longe inferius, duo Principes sæculum X.
A. C. 968.
juvenes Basilius & Constantinus ejus Pri-
vigni. Nicephorus vero ad Luitpran-
dum: *Volueramus te benigne magnifice-
que suscipere, nisi impietas Domini tui
obstitisset, qui inimica invasione Ro-
mam (*) sibi vindicavit, Berengario &
Adalberto contra jus fasque vitam ab-
stulit, Romanorum alios gladio, alios
suspendio interemit, oculis alios priva-
vit, in exilium alios ejecit. Complu-
res Imperii nostri civitates armis ho-
stilibus sibi subjicere conatus est, cui fa-
cinori postquam fortuna defuit, nunc
te, simulata pace, ad nos non Legatum
sed exploratorem misit.*

Luitprandus Episcopus respondit:
*Romanam Civitatem Dominus meus non
vi, nec more tyrannorum invasit, sed a
tyrannorum jugo liberavit. Nonne effe-
minati dominabantur ei, & quod gra-
vius turpiusque, nonne meretrices? Dor-
miebat, ut puto, potestas Antecessorum
tuorum, qui solo nomine non autem re
ipsa Imperatores Romanorum dicuntur.
Nonne Sanctissimorum Paparum alii re-
legati*

mediam nolis occurrere noctem. In Baron. &
Palat.

(*) Ex his dispicimus Græcorum Imperato-
res adhuc dum illa ætate sibi quidquam juris in
Urbem Romam competens somniasse.

Sæculum X.
A. C. 968.

legati sunt? alii a vobis afflicti, ita ut
ipsis necessarij sumtus, ne quidem eleemosynæ nomine, suppetere. Nonne Adalbertus Romano & Constantino Imperatoribus, Antecessoribus tuis, literas contumeliosas scripsit? nonne SS. Apostolorum Ecclesias spoliavit? Quis ex vobis Imperatoribus, zelo Dei ductus, indignum facinus vindicare, & Sanctæ Ecclesiæ pristinum decorem reddere curavit? neglexistis vos, non neglexit Dominus meus, qui a finibus terræ Romam veniens, impios abstulit, Successoribus Apostolorum potestatem tradidit, & læsionem bonorem reparavit. Postmodum vero rebelles in se & in Papam, ut iurjurandi violatores, sacrilegos Dominorum suorum Apostolicorum tortores, secundum Leges Justiniani, Valentiniani, Theodosii, ceterorumque Imperatorum cæcidit, jugulavit, suspendit. Quod si non fecisset, ipse impius, crudelis & tyrannus esset. Palam est, quod Berengarivus & Adalbertus Ottonis, Domini mei, milites & Vasalli effecti fuerint, cum Regnum Italiæ sceptro aureo e manu ipsius, præsentibus servis tuis, susceperunt.

Legatio Luitprandi.

Tunc Nicephorus conqueri, quod Otto Imperii sui terras in Italia, nempe Ditiones ad civitates Beneventanam & Capuanam pertinentes, bello aggressus esset;

esset; & postquam Luitprandus, quæ ex Sæculum X.
re erant, respondisset, mandatum ape- A. C. 968.
ruit, & nomine Domini sui petiit, ut
Anna Princeps, juveni Ottoni, Impera-
tori Augusto, in conjugium (*) trade-
retur.

Distulit Nicephorus responsum dare,
dicens, jam horam secundam transisse,
&

(*) Eadem Anna etiam Theophane & Theo-
phania dicitur. Et hæc quidem Sponsalia Ni-
cephoro Phoca tergiversante tunc locum non
habuerunt. Sed ejus Successor Joannes Zi-
mifces exoptatam Sponsam in Occidentem misit,
Germanisque tradidit; atque ita maximi Orien-
tis Occidentisque Principes celebratis nuptiis
coierunt, quin tamen exinde inter Græcos &
Romanos concordia nata sit. Hodie vero, Cæ-
lo auspice, Augustissimæ totius Orbis terrarum
Domus, Austriaca & Burbonica, Josephi Archi-
ducis Regnorum Hungariæ & Bohemiæ Hæredis,
atque Isabellæ, Philippi Infantis Hispaniæ Ducis
Parmensis, filiæ, Regis Christianissimis Ludovici
XV. ex filia neptis, septima Sept. hujus anni
anni 1760. Principe Lichtensteinio Serenissimi
Sponsi Procuratorem agente, Parmæ desponsa-
tæ, Connubio junguntur; quæ Sacrosancta fœ-
dera, multis retro sæculis inter Gentem Bur-
bonicam & Austriacam nunquam inits, ut nostra
ætate ad Europæ pacem & Rei Catholicæ De-
fensionem Deus Optimus Maximus evenire fa-
ciat, merito Boni omnes precantur.

Sæculum X. & Processionem solemnem esse celebran-
A. C. 968. dam.

Pompam vero illam Græci duxerunt in hunc ferme modum; Negotiatorum multitudo, hominesque ignobiles a Palatio usque ad Ecclesiam S. Sophiæ utrinque viæ margines tenuerunt, spiculis & clypeolis armati, & maximam partem nudis pedibus. Optimates, qui Imperatorem comitabantur, tunicas, festivas scilicet, induerant adeo vetustas detritasque, ut decentius Luitprando iudice in vestitu quotidiano conspiciendos se dedissent. Nemo auro, nemo gemmis ornatus erat, nisi solus Nicephorus, quem Imperialia ornamenta majoris, quam ipse erat, staturæ viris aptata ridiculum faciebant. Nicephoro procedente, cantores in editiore loco stantes clamabant: *Ecce, stella matutina! ecce, aurora confurgens! pallida Saracenorum mors! Princeps Nicephorus! Nicephoro Principi annos plurimos! populi, adorete Principem, hunc colite, huic servite, huic colla submittite!* (*) Ceterum illa die Im-

(*) Addidit Luitprandus: *Quanto verius cecinissent: Carbo extincte, veni, μελλε, annis incessu, Silvanus vultu, Rustice, Lustrivage, capripes, cornute, bimenbris, setiger, indocilis, agrestis, barbæ, dure, villose, rebellis Cappadox,*

Imperator Legatum convivam adhibuit, cumque super mensam dixisset quasi ad contumeliam: *Vos non Romani, sed Longobardi estis, nos vero,* inquit Episcopus, *Longobardi, Saxones, Franci, (*) quando adversus obtrectantes commoti sumus, non aliud contumeliæ genus ingerimus, quam si dicamus: Faceffe Romane! nam apud nos Romanum compellari perinde habetur, ac si hominem infimæ facis, ignavum, avaritia sordidum, impudicum, mendacem dixeris.*

Sæculum X.

A. C. 968.

Supplicatio

Græcorum

publica.

Legato post hæc colloquium fuit cum Leone Curopalate, Imperatoris fratre, & quibusdam aliis præfectis, qui dicebant; si nuptias, quas exoptabat, Principi suo impetrare vellet, Nicephoro restituendam esse Ravennam, Romam, &

Gg 2

reli-

dox. Nempe Fleurius pro eximia sua prudentia & moderatione, quæ ad affectus privatos Luitprandi prodendos magis, quam ad Historiæ integritatem faciebant, omisit. At talia saltem ad depellendum Lectoris tædium juvare possunt.

Hæc autem Luitprandus Episcopus Ottonibus Imperatoribus, Patri & filio, atque Adelheidi Imperatrici rescribebat. Palat. in Aquila Saxonica.

(*) Præter hos Luitprandus addidit: *Lotharingi, Bajoarii, Suevi, Burgundiones.* Videlicet Fleurio suffecit Francos nominasse.

Sæculum X. reliquas, quæ Græciam spectant, Italianæ
A. C. 968. regiones. Si vero amicitiam absque nup-
 tiarum fœdere firmari cuperet, Romam
 Otto pristinae libertati redderet, & Prin-
 cipes Capuanum atque Beneventanum
 rebelles contra Dominum suum non tue-
 retur. Ad hæc Luitprandus, Cui vero,
 inquit, *Roma servit? cui tributa per-*
solvit? Constantinus Imperator Augu-
stus, qui hanc vestram condidit civita-
tem & de suo nomine appellavit, mul-
ta patrimonia non solum in Italia, sed
in Oriente & Occidente, in Græcia,
in Judæa, in Perside, in Mesopotamia,
in Chaldæa, in Ægypto & in Lybia
Ecclesiæ Romanæ contulit, quod Epi-
stolæ hodieque extantes testatum faciunt.
Quæ autem in Italia posita sunt, aut in
Saxonia, in Bavaria, in omnibus Do-
mini mei Regnis, ad Beatorum Aposto-
lorum Ecclesiam pertinentia, cuncta Pa-
pæ restituit. Et si vel unicum civita-
tem, pagum, Vasallos, vel servos sibi
retinet, Christianus non sim. At cur
Imperator Dominus vester eadem cle-
mentia Bona in Ditionibus suis existen-
tia Ecclesiæ Romanæ non reddit, atque
ita magis liberam magisque opulentam
non efficit? Tum Basilii ex Græcorum
Mandatariis aliquis; Faciet, cum a nutu
ipsius Roma & Romana Ecclesia pende-
bit.

Alia

Alia die Luitprando cum pluribus Sæculum X.
A. C. 968.
Episcopis & Patriarcha ad mensam vocato aliquas ex Sacra Scriptura quæstiones proposuit. Tum subito: quæ Concilia recipitis? respondente Luitprando: *Recipimus Concilium Nicenum, Calcedonense, Ephesinum, Antiochenum, Carthaginense, Ancyranum, Constantinopolitanum,* Imperator effuso risu, *Saxonicum,* inquit, *oblitus es commemorare, quod tam novum est, ut in nostros codices referrî necdum potuerit.* Respondit Luitprandus: *Ibi applicandum fuit remedium, ubi ulcus natum erat. Hic Concilia fuere celebranda, quia hic ortæ sunt Hæreses. Rudis est & nova Saxonum fides, sed viva & operibus comprobata. Apud vos ea emori & ob vetustatem contemni videtur.* In alio convivio, Luitprando præsentem, Homiliam S. Joannis Chrysostomi in Acta Apostolorum legi præcepit.

§. XXI.

Nuncii Pontificis Constantinopoli male habiti.

Die vigesima Julii, Græci Festum Eliæ *Menol.*
Prophetæ videlicet raptum in Cæ. 20. *Jul.*
ludis Scenicis celebrarunt. Dicit incidisse hoc Festum in diem lunæ, quod annum non-

Sæculum X.
A. C. 968.

gentesimum sexagesimum octavum pro-
dit. In Festo autem Assumptionis Bea-
tæ Virginis Constantinopolim pervene-
runt Nuncii Joannis Papæ cum Epistolis,
quibus Nicephorus Imperator rogaba-
tur, cum Ottone Imperatore fœdera
inire, & nuptias propinquæ suæ cum Ot-
tone Augusto juniore non rejicere. Il-
lud vero Græci impatientissime tulerunt,
quod Papa in suis literis Ottonem,
Romanorum Imperatorem, & Nicepho-
rum non nisi Græcorum appellaret. *Quæ
insolentia, aiebant, hominis Romani,
barbari! quomodo mare tantæ audaciæ
codicillos vebere potuit? quomodo non
cum ipso navigio in profundum rapti
sunt? Sed quid faciemus Nunciis istis
miserabilibus? mancipia sunt centonibus
tecta, vilia mendicabula, indigna quorum
sanguine manus nostras polluamus! Er-
go in carcerem mittantur, dum Impera-
tor, qui tunc aberat, rediret.*

Interim Luitprandus adhucdum Con-
stantinopoli morari cogebatur, quamvis
sub finem Julii missionem ei dedissent;
vixque impetrare potuit, ut in Festo Ex-
altationis veram Crucem adorare sibi
liceret. Tandem decima septima Se-
ptembris, cum ad colloquium Christo-
phori Patricii Evnuchi fuisset vocatus,
dixit ille: *Ne mali consulas, quod diu-
tius te moveatur. Nam Papa Romanus*
(si ta-

(*si tamen Papa est vocandus, qui cum* Sæculum X.
Alberici filio, † Apostata, adultero, sa- A. C. 968.
crilego communicavit) Papa, inquam, ad † Joanne
Imperatorem Epistolas dedit, Græcorum XII.
Imperatorem & non Romanorum vocans;
quod Domini tui consilio actum, nullus
dubitandi est locus. At Papa fatuus,
insulsus ignorat, Constantinum, cum Im-
perium in hanc civitatem transtulit, to-
tum Senatum, Romanosque Proceres &
viros militares transvexisse, Romæ vero
non nisi vilia mancipia, piscatores, cu-
pediarios, & infimam plebem reliquisse.
 Respondit Luitprandus: *Noluit Papa*
Imperatorem offendere, sed gratum se scri-
pturum putavit. Cum enim linguam,
mores, vestes Romanorum abjecistis, cre-
didit, nomen quoque vobis displicuisse.
Si quid erratum, in literis futuro tem-
pore scribendis emendabit. Græci mol-
liore responso deliniti Luitprando duas
tradiderunt Epistolas, unam Nicephori
Imperatoris ad Ottonem Imperatorem,
alteram Imperatoris fratris argento si-
gnatam ad eundem datam, dicentes:
Papam vestrum judicamus indignum, qui
Epistolas ab Imperatore accipiat. Mit-
tit autem illi Caropalates literas, quales
meretur, easque non miseris Nunciis,
sed tibi deferendas tradit, ut sciat, se
nisi resipuerit esse perditissimum.

Sæculum X.
A. C. 968.

§. XXII.

Luitprandus in Reditu.

Luitprandus ea referens, quæ sibi in reditu acciderunt, conqueritur, iter facienti parum auxilii in Episcopis Græcis fuisse. *In tota Græcia non reperis, inquit, hospitales Episcopos. Plerique Eunuchi sunt, divites aureis, quos in arca custodiunt, pauperes parco victu, cui adsueverunt. Soli assident mensulæ nudæ. Pane nautico & paucis lactucis vesciuntur, ex vasis vitreis permodicis calidam aquam sorbillantes. Ipsi vendunt, ipsi emunt, ostia ipsi aperiunt, ipsi claudunt, ipsi sui Dapiferi, & agasones. Hosque ideo puto ita vivere, quod Ecclesiæ ipsorum sint tributariæ; nam Leucatenensis Episcopus jurejurando mihi affirmavit, Ecclesiam suam quotannis Nicephoro aureos centum, & pariter Ecclesias ceteras plus minusve pro vivibus suis persolvere.*

Ceterum, Luitprandus, qui hac Legatione functus est, ante susceptum Episcopatum Ecclesiæ Ticinensis Diaconus fuit; id enim ipse de se testatur in Historia, quam a Raymundo Episcopo Illiberitano in Hispania rogatus scripsit. Illa vero narrat, quæ sua ætate & ipso spectante præsertim in Italia evenerunt, & incipiens ab expugnatione Fraxineti, quod

quod Saraceni anno octingentesimo nonagesimo primo in suam potestatem redegerant, gesta omnia usque ad Concilium Romanum, in quo Joannes Papa XII. anno nongentesimo sexagesimo tertio depositus, prosequitur. Stilus & scribendi ratio plus ingenii & eruditionis, quam maturi judicii produnt. Se linguæ Græcæ gnarum fuisse pueriliter ostentat. Prosa scribens, non nunquam ipsius contextus verba in carmen concinnat. Ubique immodicus alios cavillatur, aliis favet & assentatur. Sæpe non facetus modo est, sed etiam postposito pudore scurra, ut cum querelas mulieris Græcæ adversus Theobaldum Marchionem Spoletanum, & Willam Bosonis uxorem captam refert. Modestius plane Diaconum Historiam texentem Episcopo dedicatam scribere oportuisset. In Libello de Legatione sua eodem utitur Stilo; atque de duobus solum hisce Scriptis satis constat, quod ex Luitprandi calamo fluxerint.

§. XXIII.

Nicephorus in bello felix.

Nicephorus Imperator post Luitprandi Legationem non plus mensibus circiter octodecim superstes fuit, qui Disciplina militari exercitatus Musulmannorum vires jam ipse militans, jam missis

G g 5 in

Sæculum X.
A. C. 968.

Sup. l. IV.

§. 16.

n. 7.

Lib. IV. hist.

c. 4. & 5.

Post. Theo.

p. 30. Cedd.

p. 643.

Sæculum X. in hostes Ducibus suis sæpe acciderat.
A. C. 968. Priusquam ad Imperium eveheretur,
 regnante Romano Juniore, Cretam In-
 sulam, & Candiam civitatem, quam In-
 fideles illius regni Caput esse voluerant,
 felicibus armis denuo sibi vindicavit.
 Anno Regni sui secundo, mense Julio, In-
 dictione septima, seu anno nongentesi-
 mo sexagesimo quarto, in Ciliciam cum
 exercitu profectus, Anazarbe, Roffa, &
 Adana, rursusque Mopsuestia & Tarso,
 expugnatis, devictarum urbium portas
 Constantinopolim in triumphum attu-
 lit. Cruces quoque superiore tempore
 Romanis prælio profligatis ablatas retu-
 lit, iisque Ecclesiam S. Sophiae decora-
 vit. Eodem anno nongentesimo sexa-
 gesimo quarto Romani * Cypro Insu-
 la, Duce Niceta Patricio, depulsis Sa-
 racenis potiti sunt. Anno sequente
 nongentesimo sexagesimo quinto, Regni
 sui tertio, Nicephorus Imperator ducto
 in Syriam exercitu, cum urbem Antio-
 chiam facili negotio ad deditiorem com-
 pellere posset, noluit, quod nescio quis
 vaticinium in populum sparsisset, instare
 ultima Imperatoris fata, si Antiochiam
 caperet. Vulgare enim Græcorum vi-
 tium erat, hujusmodi naniis fidem su-
 perstitiose adhibere. Permultis tamen
 regionibus in Syria & Phœnicia sibi sub-
 jectis, pervadens usque ad montem Li-
 banum,

* Græci.

banum, Laodiceam & Aleppum subegit, Sæculum X.
 atque Tripolim & Damafum tributa com- A. C. 968.
 portare coegit. Tum præsidio, in monte Tauro relicto; Patricium Michalem Burzenum præfecit, cum mandatis; Antiochiam laxius milite cingeret, sed muros non aggredereetur. At non impetrauit a femetipfo Patricius, ut occasionem fe fe opportuniffime offerentem e manibus elabi pateretur, urbemque Antiochenam occupavit. Saraceni tot cladi- bus in furorem acti Christophorum Patriarcham Antiochenum perimunt, Joannem Patriarcham Jerofolymitanum vivum concremant, quod crederent, ipfo auctore Nicephorum in eos bellum moviffie. Magnificæ Ecclefiæ S. Sepulchri quoque ignem subjecerunt.

At Nicephorus Imperator, cum Michæli Patricio, capta Antiochia, gratias *Cedr. p. 661.* referre debuiffet, contumeliofe habitum, & munere militari privatum, domi fuæ federe juffit; quæ injuria viro de Republica bene merito illata Græcorum animos ad feditionem excitavit. Erant vero plures odii publici cauſæ, fed illas ſolum memorabo, quæ ad inſtituti mei rationem pertinent. Penſiones ab Imperatoribus Ecclefiis & hoſpitiis conceſſas Nicephorus denegavit, & legem edidit, qua Bona immobilia impoſterum acquirere prohibebantur, obtendens, Epifco-
 pos

Sæculum X. A. C. 968. pos patrimonium pauperum dissipare, & fundos & alendum militem deesse. Multo magis animos jam ante commotos accendit lex lata, cui non nulli Episcopi, ut Imperatori adularentur, subscripserant, ne ullus Episcopus absque Nicephori mandato eligeretur, vel ordinaretur. Quocunque Episcopo defuncto Imperator mittebat Mandatarium, qui expensis pro curando funere constitutis, reliqua in Principis ærarium conferebat. Milites in bello occisos, lege edita, martyres proclamari volebat, atque Episcopos & Patriarcham ad consentiendum compellere parabat; verum obstitit quorundam Episcoporum constantia, S. Basilii Canonem afferentium, quo suadetur militibus, hostium suorum in bello interfecto, annis tribus a Sacra Communione abstinere.

*Basil. ad
Amphil. c.
13. Sup. l.
XVII. §. 14.*

§. XXIV.

Nicephorus interficitur. Joannes Zimisces Imperator.

Tandem cum Theophania Imperatrix invisum conjugem diutius ferre non posset, Joannem Zimisces virum bello clarum, qui olim præfectus Palatio Saracenos pluribus pugnis profigaverat, advocat. Ei Nicephorus, quod fidem fortissimi Ducis suspectam crederet, illa dignitate exuto proprias ditiones pro carcere

carcere dederat districte præcipiens, ne ^{Sæculum X.}
 pedem efferret. ^{A. C. 969.} Obtinuit tamen Impe-
 ratrix literas, quibus Joanni potestas fie-
 bat exeundi, & quamvis jussisset Impe-
 rator, ut Calcedone mandata sibi mit-
 tenda præstolaretur, nihilominus noctu
 undecima Decembris, Indictione decima
 tertia, anno ab orbe condito sexies mil-
 lesimo quadringentesimo septuagesimo
 octavo, Reparatae Salutis nongentesimo
 sexagesimo nono, invitante muliere
 Constantinopolim ipse & socii haud plus
 quinque appelluntur. In portum Cæ-
 sareo Palatio subjectum inveci, & de-
 missa a fenestris corbe in altum sublatis,
 Nicephoro tunc in somnum lapsa caput
 amputant, quod amicis ad auxilium Prin-
 cipi suo celeriter præstandum procur-
 rentibus ostendunt. Hic exitus fuit Ni-
 cephori Phocæ Imperatoris, postquam
 annis sex, mensibus tribus, & diebus
 viginti sex Orientis solium occupasset.

Illico Joannes Zimisces cum duobus
 Principibus Basilio & Constantino adole-
 scentulis, Romani junioris filii Impera-
 tor proclamatur, qui deinde præter alios
 a Nicephoro relegatos etiam illos Epi-
 scopos revocavit, qui Legi, in Ecclesiæ
 probum editæ, subscribere noluerant.
 Eadem vero nocte, qua interemptus Ni-
 cephorus, Joannes Zimisces paucis co-
 mitantibus ad magnam Ecclesiam pro-
 cessit,

Sæculum X. cessit, petens ut sibi corona Polyucti
 A.C. 969. Patriarchæ manibus imponeretur. At
 Patriarcha, Zimisces indignum esse
 pronunciavit, qui Ecclesiam Dei intra-
 ret, cruentis a cæde propinqui sui ma-
 nibus. Pœnitentiam profiteretur, quo
 in Templum Domini suo tempore admit-
 ti posset. Zimisces objurgantem se Epi-
 scopum patienti animo ferens, dixit, fa-
 cturum se, quæ Sacerdotes præscribe-
 rent. Adjecit vero, nequiquam se vio-
 lentas manus Nicephoro intulisse, sed
 ab aliis (porro singulos nominabat) com-
 pellente Imperatrice fuisse interfectum.
 Nec mora, jubente Patriarcha, Impera-
 trix e Palatio ejecta, in quamdam Insu-
 lam deportatur, Nicephori percussores
 in exilium mittuntur, Lex a Nicephoro
 in Ecclesiæ contemptum lata abrogatur.
 Quibus omnibus peractis promisit Zi-
 misces, se omnia Bona, quæ ut privatus
 possideret, ut pro peccatis suis satisfac-
 ret, collaturum in pauperes. Itaque in
 Natali Domini coronatur.

Die exinde trigesimo quinto Polyuc-
 ctus Patriarcha animam Creatori reddi-
 dit, successitque Basilius *Seomandrinus*
 monachus, quem ad summum virtutis
 apicem pervenisse cuncti affirmabant.
 Sede Antiochena quoque vacante, Im-
 perator Zimisces Patriarcham nomina-
 vit Monachum spectatæ pietatis, nomi-
 ne

ne Theodorum, qui ipsum Imperatorem ^{Sæculum X.}
 futurum prædixerat, rogans, ut Imperium ^{A. C. 969.}
 aliquando consecutus, Manichæos per-
 niciosissima peste & superstitione, quam
 omnes boni abominantur, totum Orien-
 tem inficientes, in Occidentem & loca
 deserta transferret. Fecit postea, quod
 a monacho rogatus fuerat, Imperator, &
 exitiosum hominum genus in Thraciam
 prope Philippopolim migrare compulit,
 maximo Occidentis malo.

§. XXV.

S. Niconis Armeni initia.

Creta Insula a Saracenorum jugo libe-
 rata, nata est occasio Religionem ^{vit. ap. Baro.}
 Christianam postliminio reducendi; ^{a. 961.}
 quod etiam perfectum est labore piissimo
 potissimum S. Niconis, cognomento *Me-*
tanoitis, quod semper in ore haberet
 hanc vocem, quæ Græce significat: *Pæ-*
nitentiam agite. S. Nicon in Ponto or-
 tus parentibus honestissimis, iisdem in-
 sciis, ubi adolevit, fugam arripiens ad
 Monasterium aureæ petræ dictum in fi-
 nibus Ponti & Paphlagoniæ situm se con-
 tulit, ibique sub ejus monasterii, in quo
 Disciplina religiose servabatur, Abbate
 ad duodecimum annum, eximie profe-
 cit. Tum autem Abbas ejus Divinitus
 monitus, ipsum ad conversionem pluri-
 marum gentium vocari, e monasterio di-
 missum

Sæculum X. A. C. 969. missum in regionibus ad Orientem positus Apostolatus sui munus implere iussit; qui illas provincias peragrans, præprimis Armenos ab innumeris, quibus detinebantur, erroribus revocavit.

Sup. lib.
XLVII.
p. 16.

Exinde Nicôn ad Cretam Insulam navigandum sibi esse intellexit, quo Divino quodam nutu vocabatur. Quippe illa nuper quidem a Saracenorum jugo liberata adhucdum plena erat scædis vestigiis superstitionis, quæ per annos centum & triginta, quibus rerum potiebatur Mahometani, profundas radices egerat. Ut igitur eo delatus Solenne illud suum, *Penitentiam agite*, inclamare cœpit, attoniti peregrino & inaudito prædicandi genere Insulani animisque incensum importuno Monitori inferre cogitabant; quare missa insolita prædicandi ratione, seorsum aliquibus, quos sapientiores & magis dociles cognoscebat, collocutus blandis verbis ferociam fregit, tumque cœpit occulta cujusque facta vitæque flagitia redarguere. Tunc vero posita ira Sanctum virum venerati sunt, & tanquam Apostolum a Deo missum habuerunt. Totam Insulam Niconis fama complevit, confluxere ad eum universi, & fidem, quam prædicabat, amplexi Sacri Baptismatis lavacro abluti sunt. Ubique reparatæ Ecclesiæ, constituti Presbyteri, Diaconi & Ostiarii, præscriptæ

scriptæ in Opere Divino Cæremonia. *Sæculum X.*
 S. Nicon plus duobus annis in Creta. *A. C. 969.*
 commoratus conscensa navi in Epidaurum vela fecit.

§. XXVI.

Novi Archiepiscopatus in Italia.

Nicephorus Imperator, Latinis infensissimus, invidia impellente Polyucto Patriarchæ præcepit, ut Ecclesiam Hydruntinam Metropolitanam deinceps esse constitueret, & neutiquam pateret, Divina Mysteria in Apulia & Calabria latina lingua celebrari, sed solum Græca, adjiciens, hac tempestate Papas turpi quæstu, communi mercatoribus vitio, & Simonia esse infames. Igitur Polyuctus missis ad Episcopum Hydruntinum literis eum Archiepiscopum creavit, concessa etiam potestate Episcopos in Civitatibus *Acirentola, Turcico, Gravina, Maceria, & Tricarico* consecrandi.

Joannes Papa XIII. quoque in illa parte Italiæ, qua meridiem spectat, duos Archiepiscopatus creavit, antea Ecclesias, nullam nisi Romam Metropolim habentes. Nam Joannes, Roma pulsus, Capuam se receperat; deinde autem Pandulphi illius Civitatis Principis precibus dederat, ut Sedes antea Episcopalis deinceps Archiepiscopalis esset, & primum Archiepiscopum Joannem ejusdem Principis

Hist. Eccles. Tom. XIII.

H h

cipis

Luitpr. Legat.

Chro. Cass. l. II. c. 9.

Sæculum X. cipis fratrem anno nongentesimo sexage-
A. C. 969. simo octavo consecraverat. Anno se-
tom. 9. Conc. quente in Concilio Romæ celebrato, Ot-
p. 1238. tone Imperatore præsentē, Joannes Papa
Ital. Sacr. Beneventum quoque antea Sedem Epi-
tom. 8. p. 92. scopalem ad Ecclesiarum Metropolitanica-
rum ordinem, rogatus a Pandulpho hujus
etiam civitatis Domino, evexit. Præ-
terea S. Bartholomæi, cujus corpus ibi
quiescebat, memoriam honorare cupie-
bat. Itaque Papa concessit Landulfo
Beneventanæ Ecclesiæ Episcopo Pallium,
& potestatem Suffraganeos numero de-
cem, videlicet Episcopos, Sanctæ Aga-
thæ, Abellini, Quintodecimi, alio nomi-
ne, Eclanæ, Ariani, Asculi, Bibini, Vul-
turariæ, Larini, Thelesinæ, & Alifæ con-
secrandi, ea vero conditione, ut ipse
Episcopus Beneventanus ad recipiendam
Consecrationem & Pallium Romam ve-
niret. Huic Bullæ, vigesima sexta Maji
anno nongentesimo sexagesimo nono In-
dictione duodecima Anno Pontificatus
Joannis XIII. quarto datæ, Papa, Impera-
tor & Episcopi viginti tres subscripse-
runt.

Eodem tempore Procerum suorum
Chr. Saxon. aliquem, sibi carissimum, præsentī ma-
an. 968. gna hominum multitudine a Dæmone
Sigeb. ann. correptum & proprios artus dentibus di-
969. laniantem, Otto Imperator ad Papam
deduci jussit, ejusque collum catenæ S.
Petri

Petri inferi. Verum quidam Clerici Sæculum X.
A. C. 969.
 alia & profana catena, pio hominis af-
 fectu decepto, eum bis ligarunt, nullo
 consequente beneficio; dum tandem al-
 latis vinculis, S. Apostoli contactu olim
 consecratis, & furentis collo injectis,
 spumans & ejulans a malo Spiritu libera-
 tus est. Tunc vero Theodoricus Episco-
 pus Metensis inter alios præsens catenam
 apprehendens dixit, nunquam se eam di-
 missurum, nisi simul dextra sibi amputa-
 retur. Post longam deinde contentio-
 nem pronunciavit Imperator sententiam;
 fibulam unam a ceteris vinculis avellen-
 dam & Theodorico esse tradendam.
 Hic Episcopus, Imperatori affinitate jun-
 ctus, & præ ceteris omnibus dilectus,
 eundem annis tribus in Italia bella ge-
 rentem fidelis commilito secutus est; in
 patriam deinde rediens, e diversis locis
 complura Sanctorum corpora retulit,
 quibus suam Diocesim, præprimis Abba-
 tiam S. Vincentii a se fundatam, locu-
 pletavit.

§. XXVII.

S. Dunstani constantia.

In Anglia, ex quo S. Dunstanus super
 candelabrum Ecclesiæ Cantuariensis
 positus fuerat, omnes Regni civitates, Sup. S. 3.
vit. n. 34.
Sac. V. Ben.
p. 679.
 nec non & alias regiones Anglis subdi-
 tas visitans, fidem illis, qui eam nondum

H h 2

nove-

Sæculum X.
A. C. 969.

noverant, si qui essent, prædicabat, & Fideles Apostolica traditione ad omnia boni Christiani officia instruebat. Facile autem Auditorum animis, quod volebat, persuadebat vir tanta sapientia & dicendi facultate præditus. Ubi paulisper quiescere dabatur, orationi vacabat aut lectioni S. Scripturæ, quarum codices emendabat. Nemo unquam Dunstanum cessantem vidit. Jam de litigantium causis cognoscebat, vel commotos furiosorum animos demulcebat, Hæreticorum errores refutabat, illegitima dissolvebat conjugia, hic neglecta ædificia renovabat, illic nova construebat, Ecclesiæ reditus juvandis viduis, orphanis, peregrinis impendebat. Comes quidam præpotens cognatam suam illicito matrimonio sibi junxerat, & a Dunstano secundo & tertio monitus, incestum fugere nolebat. Quare cum eum S. Episcopus ab Ecclesiæ liminibus exclusisset, Regem adit & Episcopum immoderatae severitatis accusat. Rex Dunstano mandat, ne pacem Comitis & uxoris ejus turbaret, sed Sacris restitueret. Miratus Dunstanus, piissimum Regem mendacis hominis fraudibus patuisse, Comitem acrius increpare, & ad pœnitentiam excitare, postquam priora delicta peccato calumniæ cumulasset; sed videns virum multo magis furere, Excommunicationis

Alia vi. n. 31.
p. 702.

tionis fulmine contumacem ferit, usque
 dum satisfaceret. Ille ira concitatus de
 suis aliquos Romam mittit, atque Roma-
 nis auro corruptis a Pontifice literas ob-
 tinet, quibus eum Archiepiscopus Eccle-
 siæ reconciliare districte juebatur. Re-
 spondit S. Dunstanus: *Cum Comitem
 penitentem videro, præceptis Domini Pa-
 pæ lubens parebo; sed id nolit Deus, ut
 ipse in peccato suo perseverans ab Eccle-
 siæ censura & disciplina eximatur, no-
 bisque insultet. Illud quoque avertat opti-
 mum Numen, ut cujuscunque Mortalis
 amore vel metu ductus Legem Divinam
 postponam.*

Comes jam certissime sciens Dunsta-
 num esse inflexibilem, pudorem non fe-
 rens, & perterritus ob pericula, quibus
 excommunicati subjacent, abdicato illi-
 cito conjugio, cultum poenitentium as-
 sumpsit. Tum S. Dunstano Synodum
 totius Regni celebrante, intrat amplif-
 simum Conventum Comes, nudis pedi-
 bus, laneo indumento tectus, virgas ma-
 nu tenens. Mox ad pedes Archiepisco-
 pi gemebundus procumbit, præsentibus
 omnibus & inprimis Dunstano vehemen-
 ter commiseratione commotis. Dissi-
 mulabat tamen Archiepiscopus, vultum-
 que ad Disciplinæ rigorem componebat.
 Postea autem totius Concilii precibus
 flexus erumpentes lacrymas ultra non

Sæculum X.
 A. C. 969.

Sæculum X.
A. C. 969. cohibuit, pœnitenti veniam concessit,
&, summam lætitiã profitentibus cun-
ctis, excommunicationis censuram rela-
xavit.

Ceterum Edgarus Rex Dunstanum
Archiepiscopum maximi faciens, ejus-
dem documenta tanquam oracula e Cœ-
lo delapsa suscipiebat. Namque ipso
hortante e Regno suo expulit latrones,
fures, Sacrilegos, perjuros, veneficos,
patriæ proditores, paricidas, mulieres,
quæ ausu nefando maritos interfecissent,
verbo, omnes impios, qui irato Deo vi-
verent. Hujus S. Viri quoque consilio
usus Clericos, qui spreto Sacro professio-
nis suæ ministerio aut venandi studio in-
tenti, aut quæstuosis negotiis dediti aut
incontinentiæ nota infames erant, nisi
serio mores mutassent, ab Ecclesiis suis
expellebat. Tantus in Sancto Episcopo
Disciplinæ amor & Regis severitas Rei
Ecclesiasticæ in Anglia plurimum incre-
menti attulerunt; complures viri nobi-
les adscribi Clericis petebant, quisque
socium in semita virtutum vel superare
ignavum, vel eximium imitari omnibus
viribus adlaborabat, hæc sola patebat
via, si quis ad Dignitates Ecclesiasticas
pervenire cuperet.

§ XXVIII.

*Regis Edgari Pœnitentia.*Sæculum X.
A. C. 969.

Nunquam, quantum Archiepiscopus in Regem posset, magis apparuit, quam in sequente casu. Cum Edgarus ad Monasterium mulierum Wiltoniense divertisset, in amorem cujusdam nobilis eximia corporis specie virginis, quæ inter moniales sæculari habitu nutriebatur, ita effusus est, ut eam sibi ad secretius colloquium adduci juberet. Illa, cum missos a Rege sequeretur, pertimescens, quod sibi futurum erat, alterius Sanctimonialis monasticum velum capiti proprio imposuit, quod crederet, non ausurum Regem pudicitiaæ suæ insidiari, si more Virginum Deo Sacrarum velatam intueretur. At ille venientem conspiciens, *quam subito, inquit, Monialis effecta es?* simul capitis velamen, puella frustra reluctante, detrahit, & tandem impudicis votis potitur. Hac lascivia in vulgus sparsa, eo majus scandalum fuit, quod Rex legitimam uxorem haberet. Sanctus vero Dunstanus, cum factum turpe ingenti animi dolore percepisset, ad Regem se contulit, quo manum venienti, ut solebat, porrigente & in solium elevare volente, retracta dextra indignans ait: *Tu Pontificis manum audes contingere, qua in Altari filium*

*Alia vit.
n. 38.*

Hh 4

Virgi-

Sæculum X. *Virginis immolat, tu, inquam, manum*
A C. 969. *impuram extendis, postquam Sacram Vir-*
ginem Deo rapuisti. Creatoris Sponsam
violasti, & jam inani obsequio Sponsi Di-
vini amicum mitigari posse putas. No-
lo illius esse amicus, cui Christus fuerit
inimicus.

Rex ignorans, quod admissum flagitium ad aures Episcopi pervenisset, his verbis quasi tonitru perterritus pedibus Dunstani prosternitur, scelus flebili voce fatetur, veniam supplex rogat. Quod ut vidit Pontifex expavit, perfusumque lacrymis Regem, & ipse fletu madens e terra levavit. Deinde cum leniore vultu illius peccati magnitudinem exposuisset, & paratum ad suscipiendam poenitentiam reddidisset, septennalem injunxit; quo toto tempore coronam Regiam in capite non gestaret, bis in qualibet septimana jejunaret, elemosynas largissime daret. Præterea præcepit, ut Rex Monasterium virginum fundaret, quo pro una Deo erepta plures alias restitueret. Clericos pessimæ vitæ ex Ecclesiis pelleret, & Monachos introduceret. Leges Reipublicæ utiles & Deo acceptas ederet, ad quas servandas Subditos in toto regno suo severe compelleret. Omnia sibi injuncta accurate peregit Rex, cumque septennium fuisset elapsum, & completum poenitentiae tempus

pus, Episcopos omnes, Proceres, Abba-
 tes regni sui convocavit, cunctisque &
 populo præsentibus & hilariter plauden-
 tibus S. Dunstanus coronam Principis ca-
 piti rursus imposuit. Tunc vero annus
 Salutis nongentesimus septuagesimus ter-
 tius agebatur.

Sæculum X.
 A. C. 969.

Roger. p.
 416.

§. XXIX.

Leges a Rege Edgardo editæ.

Plures Leges a Rege Edgardo editas ha-
 bemus, ad Rem Ecclesiasticam per-
 tinentes, quæ ad consummandam memo-
 ratam pœnitentiam promulgatæ viden-
 tur. Complectuntur vero inter alia Ca-
 nones seu Regulas, animarum Pastoribus
 datas, numero sexaginta septem, in qui-
 bus sequentia notatu digna sunt. Par-
 vuli post nativitatem suam intra noctes
 triginta septem baptizentur. Omnia
 Idololatriæ vestigia deleantur, Necro-
 mantia divinationes, carmina magica,
 cultus Divinus hominibus exhibitus.
 Nullus Sacerdos Missam sæpius in uno
 die quam ter ad summum celebret. Nul-
 lus Christianus cujuscunque generis san-
 guinem comedat. Presbyteri, cum po-
 puli eleemosynas in pauperes distri-
 buunt, Psalmos decantent. Sequuntur
 Regulæ de Confessione tam Confessariis
 quam Pœnitentibus traditæ. Tum For-
 mula confessionis generalis, & Canones

tom. 9. Conc.
 p. 186.

n. 15.

n. 16.

n. 37.

n. 53.

n. 56.

p. 687.

Hh 5

pœni-

Sæculum X.
A. C. 969.

n. 6. 20.

p. 694.

n. 10. 11.

n. 17.

pœnitentiales. Si quis hominem sine
iusta causa occiderit, septem annis je-
junet, annis nempe tribus pane & aqua,
tum reliquis quatuor, ut Confessarius
præscripserit. His subjungitur: *Pera-
cta vero illa septennali pœnitentia, scelus
tamen suum semper lugeat omni qua pote-
rit industria, quia hominem latet, an
Deus receperit ejus pœnitentiam.* Si
quis alium occidere voluit & non po-
tuit, tribus annis, & primo, pane & aqua,
jejunet. Profundam pœnitentiam age-
re dicitur aliquis Laicus, si abjectis ar-
mis longe lateque nudis pedibus peregri-
netur, in uno loco bis non pernoctet,
nec crines, nec ungues ferro tangat, nec
balneum calidum, nec molle cubile in-
tret, carnes non comedat, nec bibat,
quod ebrietatis causa esse potest, omnia
loca pia invisat, ad ostium stans in Ec-
clesias ipsas pedem non inferat, & con-
trito corde ferventer oret.

Deinde docetur, qua ratione ægro-
tus præscriptum sibi jejunium redimere
possit. Quisque poterit unius diei je-
junium uno denario redimere. Conji-
cere est, uno denario, secundum valorem
illius temporis, unum pauperem nutriti
potuisse. Item unius diei jejunium re-
dimi potest ducentis & viginti Psalmis,
aut sexaginta genuflexionibus & sexa-
gies recitando *Pater Noster*. Unica et-
iam

iam Missa potest quis absolvere duodecim dierum jejunium. Itaque pœnitentiam commutandi & redimendi initium hic videmus. Porro de pœnitentia Magnatum in his Regulis legitur; virum potentem ope aliorum leniorem reddere suam pœnitentiam posse, si pro ipso tribus diebus tantus virorum numerus jejunaret, quantus ad implendum septem annorum jejunium unius requireretur. De cetero tali pœnitenti complura alia opera difficilia & permultæ eleemosynæ injunguntur.

§. XXX.

Synodus in Anglia.

Anno nongentesimo sexagesimo nono, cum Dunstanus Archiepiscopus auctoritate Summi Pontificis Concilium in Anglia universale celebraret, Rex Edgarus orationem ad Episcopos de Clericorum vitiis habuit in hunc ferme modum: *Ut nihil dicam de tonsura, cujus forma tam exigua est, ut non satis appareat, vestitus levis, gestus sæculares, sermones obsceni satis produnt, quod intus mentem depravatam gerant. Quanta vero eorum est, cum Divina officia celebrant, socordia! vix interesse Vigiliis dignantur, & ad Missam venire diceres, non ut eo tempore cantent, sed ut rideant & jocentur. Dicam libere, quod impro-*
bis

Sæculum X.
A. C. 969.

Reg. Hoved.
p. 426.
tom. 9. Conc.
p. 696.

Sæculum X.
A. C. 969. *bis risum elicit, & Boni omnes amaris lacrymis deflent, Clerici nostri epularum & cubilium deliciis maculantur. Virorum Ecclesiasticorum ades, pro pudor! ganeis & Mimorum tabernis a populo comparantur, nec immerito, in iis enim luditur, saltatur, cantatur, & in mediam noctem, tumultu toti viciniae gravi, compotatur. Ita isti opes Regum, & privatorum Christianorum olim pauperibus sollevandis destinatas in ventrem mergunt.*

Ut deinde Episcopos ad tollendos hos abusus excitet, subjungit Rex: *Mibi Constantini, vobis S. Petri gladius in manibus est. Utramque potestatem viresque ad purgandum Sanctuarium jungamus! tum sermonem ad solum Dunstanum dirigit, & finem dicendi facit his verbis: Habes Ethelwoldum Episcopum Vintoniensem, habes etiam Osualdum Episcopum Vigorniensis; vobis tribus tantum committo negotium. Jungite Regia potestati auctoritatem & vigorem Sacerdotalem, ejicite ex Ecclesiis Presbyteros, qui eas pudenda vita debonestant, & viros Dei Servitio dignos sufficite. In hoc itaque Concilio S. Dunstanus edito solemnique Decreto præcepit, ut Canonici, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi vel continentiam servarent, vel Ecclesias suas dimitterent. Quod ut effectui daret, duorum Episcoporum a Rege nominato-*

*vit. S Osual.
n. 7. Sæc. 5.
Act. SS.
Ben. p. 730.*

natorum opera usus est. Unde ambo ^{Sæculum X.}
 cum Archiepiscopo Disciplina Ecclesia- ^{A. C. 969.}
 sticæ Reparatores in Anglia habentur.

§. XXXI.

S. Ethelwoldus Wintoniensis.

Ethelwoldus Wintoniæ parentibus ^{vit. Sæc. 5.}
 Christianis & pietate illustribus, ^{SS. Ben.}
 Eduardo Rege Seniore imperante, na- ^{p. 609.}
 tus, & in Palatio Regis Edelstani educa-
 tus, postmodum S. Elfego, Episcopo
 Wintoniensi traditus est, qui, cum eum
 post elapsos aliquot annos cum cum S.
 Dunstano Ordine Presbyteratus insigni-
 ret, utrique non Episcopatum modo, sed
 etiam quam Sedem quilibet consecutu-
 rus esset, diserte vaticinatus est. San-
 ctus Ethelwoldus Glastoniam sub Disci- ^{Sup. 1. LV.}
 plinam S. Dunstani concessit, ab eoque ^{S. 28.}
 Habitum monasticum accepit. Ibidem
 primum Grammaticæ & deinde S. Scri-
 pturæ atque SS. Patribus operam dans,
 cunctos Regulæ apices tanto fervore ob-
 servabat, ut Dunstanus Abbas dignum
 censeret, qui Decani munus obiret.

Edredo in Anglia regnante S. Ethel-
 woldus animo constituit, mare trajice-
 re, nempe in Franciam navigare, ubi in
 scientia Scripturarum, & Monastica Di-
 sciplina perficeretur; at Regina Hedwige
 Regis matre obsistente & filio suggeren-
 te, ne tantorum meritorum virum e Re-
 gno

Sæculum X.
A. C. 969.
n. II. vi. den.

gno abire pateretur, se ei potius locum, qui *Abendon* dicebatur, ubi parvum erat egenum & pene collapsum monasterium, concederet, Ethelwoldus consentiente Dunstano anno circiter nongentesimo quadragesimo quarto Abbas ibidem præficitur. Ipse e Corbeja, Franciæ Monasterio, viros Monastici Instituti Disciplina instructissimos in Angliam advocavit, tumque Osgarum Monachum, qui se Glastoniam euntem secutus fuerat, in Franciam misit, ut in Abbatia Floriacensi ad Ligerim Regulares consuetudines pie exploraret, eamque deinde Disciplinam ad monasterium Abendonienſe afferret. Tandem Sede Wintonienſi vacante, ad eam occupandam Rex Edgarus Ethelwoldum Abbatem delegit, quem Dunstanus Archiepiſcopus prima Dominica Adventus vigesima octava Novembris anno nongentesimo sexagesimo tertio consecravit.

Suscepto Episcopatu Ethelwoldus corruptissimos Canonorum mores apprehendit, quos superbia, insolentia, luxuria fœde notabat. Non enim solum uxores contra Leges Ecclesiasticas accipere audebant, sed etiam, prioribus dimissis, alias ad sacrilegam libidinem explendam vocabant, semper ingestis epulis turgentes & nimio vino marcescentes. Inde igitur faciendum esse initium, ne Decretum
Con-

Concilii & Regis mandatum effectu ca-
 reret, ratus S. Episcopus, sæpius dissolu-
 tos admonuit, vehementer hortatus est,
 ut vitam emendarent, cumque ipsi me-
 liora quidem promitterent, sed fidem
 fallerent, Monachos Abendonienſes,
 quos in eorum locum subrogaret, advo-
 cavit. Ubi ad ostium Ecclesiæ pervene-
 runt jam jam ingressuri, ad finem prope
 deducta erat Missa, atque ad commu-
 nionem illa verba Psalmi secundi canta-
 bantur: *Servite Domino in timore, &*
quæ sequuntur; erat enim Sabbatum
ante Dominicam primam Quadragesi-
mæ, in quo hodieque illa Communio re-
citatur. Omen itaque captabant Aben-
doniani ex illis præcipue verbis: Appre-
hendite Disciplinam . . . ne pereatis de via
justa. Credebantque ipso Cœlo invi-
 tante se advenisse. Miserat vero Rex
 cum Episcopo Palatii Præfectum, qui Ca-
 nonicos ibi stantes deliberare jussit, an
 vellent Ecclesiam Monachis relinquere,
 vel ipsi vitam monasticam mora omni ab-
 rupta amplecti. Illi pavidî, & ad nomen
Monachi cohorrescentes, illico discesse-
 runt. Tres tamen eorum postea redie-
 runt, & Institutum Monasticum sunt pro-
 fessi. Ceterum illa tempestate nullibi
 in Anglia, nisi in duobus Monasteriis Gla-
 stonienſi & Abendonienſi, justus Regulæ
 rigor servabatur.

Sæculum X.
 A. C. 969.

Ecclesia
 Wintonien-
 sis.

At

Sæculum X.

A. C. 969.

At Monasterium Ecclesiæ Cathedralis Wintoniensis augebatur numero multorum, quos bonum exemplum Abendonensium trahebat. Unde Clerici, ex illa Ecclesia pulsæ, ringentes Ethelwoldo Episcopo cum Hospitibus mensæ affidenti per subornatum hominem potionem veneno mixtam præbent. Sensit ille, & nullatenus dubitans, mortem se bibisse, in lectum se projecit. Mox animum colligens ait: *Ubi est fides tua? nempe immemor es verborum Jesu Christi, de illis, qui in ipsum credituri essent, dicentis: si mortiferum quid biberint, non eis nocebit?* Illico viscerum dolor remissit, sanatus est, & animo generoso veniam venefico dedit.

§. XXXII.

*S. Osualdus Vigorniensis.**vit. Sæc. 5.**Act. SS.**Ben. p. 728.*

Sanctus Osualdus nobilissima prosapia editus, S. Odonis Archiepiscopi Cantuariensis ex fratre nepos, eidem a parentibus primis literis & pietate imbuentus traditus, ab ipso Ecclesiæ Vigorniensis Canonicis adscriptus est. Haud diu post, Decani munus obire jussus, cum intelligeret, se in corrigendis Canonicorum moribus operam perdere, abdica dignitate Mundo valedicere constituit. Tum in Franciam vela fecit, & Floriacum ad Ligerim pervenit, cum epistolis &

& donis, quæ ipsi Archiepiscopus patruus, in illo monasterio notissimus, deferenda tradiderat. Nempe solebant illo tempore Angli, strictioris disciplinæ amatores, eam in Monasterio Floriacensi quærere, quod tanquam Doctrinæ Asceticæ fontem venerabantur. Ibi itaque Osualdus habitum monasticum indutus ad sublimem omnis generis virtutum gradum ascendit, inprimis orationi contemplativæ deditus. Quod ubi S. Odo ejus patruus comperit, maximas Deo gratias agens, ut etiam Abbati monachisque Floriacensibus gratum animum exhiberet, plurima dona misit. Nepoti autem suo per literas indicavit, ipsum videndi vehementi desiderio se teneri, tum quod senio gravis cognosceret, non procul abesse supremum diem, tum quod ipsius opera ad Anglos Disciplinam monasticam edocendos indigeret. Monachi Floriacenses dilectissimum sibi Osualdum prope inviti remiserunt. Ipse quoque datis sapius ad patruum literis excusabat se, quod non promptissime obediret, cum non nisi brevi tempore sub Regula monastica fuisset exercitatus. Accepto autem nuncio, quod patruus gravi morbo decumberet, itineri se dedit. Ubi ad portum Dubrensem pervenisset, afferuntur literæ, quibus fato functum fuisse docebatur, statimque viam Floria-

Sæculum X.
A. C. 969.

Sup. l. LV.
§. 27.

Sæculum X. cum relegisset, nisi socii monuissent, in-
A. C. 969. humanum videri posse omnibus, si in isto
 rerum statu familiæ suæ solatium & sub-
 sidium denegaret. Ergo anno nongentesimo sexagesimo primo in Angliam
 redit.

Postquam S. Odoni Osualdus, ut par-
 erat, parentasset, ad Osquetulum, Epi-
 scopum Durnovariensem, itidem pro-
 pinquum suum, se recepit, qui ejusdem
 virtutibus captus, eum compluribus an-
 nis apud se detinuit. Verum Osquetu-
 lo deinde ad Archiepiscopatum Eboracensem translato S. Dunstanus Regi Ed-
 gardo indicium fecit, quam solidæ pietatis vir esset Osualdus; unde in amico-
 rum numerum receptus ab eodem Rege
 Ecclesiæ Vigornienſi seu Worcesterienſi
 præficitur. S. Osualdus Episcopali Di-
 gnitate auctus primo monasterium duo-
 decim virorum in loco *Wesbiri* insti-
 tuit, quo & ipse sæpe secedere solebat,
 & postea etiam Ramesiense priori am-
 plius, cujus Ecclesia anno nongentesimo
 septuagesimo quarto dedicata est. Ta-
 lis fuit S. Osualdus, qui ut Decreta Con-
 cilio, in quo S. Dunstanus præfuerat, exe-
 queretur, septem monasteriis in sua Dioc-
 cesi conditis, ejectis Clericis male viven-
 tibus, Monachos introduxit. Sed & ex-
 tra suam Dioccesim Ecclesias S. Albani
 & Æliensem reformavit, quas conser-
 vandæ

vandæ disciplinæ intentus non raro invi- Sæculum X.
 sebat. Tandem vigesima nona Februa- A.C. 972.
 rii anno nongentesimo nonagesimo se-
 cundo post susceptum Episcopatum tri-
 gesimo sanctam animam efflavit. (*)

§. XXXIII.

S. Udalricus Regimine se abdicat.

Inter hæc S. Udalricus iter Romam ulti-
 mo susceperat, quamvis vires paula-
 tim deficere sentiret; unde paucis die- vit. Sæc. V.
 bus vehiculo usus, sequentibus lecticæ Ben. n. 31.
 impositus est, in qua jacens defereba- p. 447.
 tur. Postquam Romæ SS. Apostolorum
 limina visitasset, & peractis precibus In- Sup. 1. LV.
 dulgentias lucratus valedixisset Summo S. 44.
 Pontifici, Ravennam venit, ubi Impe-
 ratorem commorari compererat. Tum
 præmissis, qui se advenire nunciarent,
 non expectato responso, usque ad ostium
 cubiculi, ubi Imperator versabatur, pe-
 netrat. Otto venienti occurrit, ut for-
 te erat, uno tantum pede calceato, &
 Adelheidem Imperatricem vocari jubet.
 Tum, cum suavissime loquendo horam
 horæ jungerent, faventem occasionem
 nactus S. Episcopus Imperatorem roga-
 vit, ut quoad ipse viveret rem œcono-
 micam

I i 2

micam

(*) S. Osualdum postea etiam Ecclesiam Ar-
 chiepiscopalem Eboracensem rexisse legimus in
 Act. SS. Ben. Sæc. V. in vita pag. 711.

Sæculum X.
A. C. 972.

6. 22.

S. Udalricus
Monachus.

6. 23.

micam Episcopatus Augustani Adalbero-
ni nepoti suo administrandam commit-
teret, quo ipse liberius orationi & offi-
ciis suis spiritualibus vacare posset, &
se rebus humanis erepto idem nepos &
Titulum hujus Ecclesiæ acciperet &
Cathedram Episcopalem conscenderet.
Concessit Imperator (*), quod petebat,
atque aliquot auri libris liberaliter adje-
ctis, omnia quoque proficiscenti neces-
saria usque ad Provinciæ illius terminos
dari præcepit. Adalbero Episcopum
patrum suum in hoc itinere comitaba-
tur; postquam vero Augustam pervene-
runt, S. Udalrico præsentem, convocatis
omnibus Vasallis & Episcopi Servis, fi-
dem juramento sibi præstari voluit. Ex
eo tempore S. Udalricus vestem similem
Cucullo monachorum, quorum Regu-
lam jam prius servabat, gessit, Adalbero
autem ferulam seu Baculum pastorem
publice in manu tenebat, ut spes omnis
hunc Episcopatum ambientibus præcede-
retur.

Ottone Imperatore ex Italia rever-
so, celebratum est Concilium Ingelhei-
mii, quo etiam S. Udalricus & Adalbero
nepos

(*) Quæ sequuntur, docent, Imperatoris id
concedentis mentem neutiquam fuisse, Episco-
porum consensum excludere, iisque inconsultis
nepotium Ecclesiasticum perficere.

nepos ejus vocati. Quippe indignabantur Episcopi, quod is Baculum Episcopalem publice jactaret. Dicebantque, ipsum, quia Insignia Episcopatus vivente Episcopo usurpasset, se Episcopali honore indignum, in omne tempus, effecisse. His auditis Adalbero prima die Concilio interesse noluit; sed Udalrico praesente ejus causa ad examen vocata. Cumque tenuis aegrotantis vox exaudiri non posset, aliquis ex Clericis ipsius nomine Gerardus intrare, & quid ipsius Dominus Episcopus peteret, exponere jubetur. Respondit Clericus sermone Latino (nemo enim alia lingua, quamvis omnes essent Germani, in hac Synodo utebatur) in hunc ferme modum: *Domino meo Episcopo nihil aliud in votis est, quam deinceps aeterna & caelestia contemplari, & S. Benedicti Regulam servare, quod ex habitu, quem induit, cognoscere potuistis.* Plura adjecit, S. Udalrici mentem explicans (*), & tandem ad pedes Imperatoris & Episcoporum prostratus rogavit, ut quod petebat concederent. Non nulli Episcoporum Adalberonis causae favebant, sed nihilominus, postquam diu tenuit contentio, omnibus placuit, eum a Dignitate Episcopali

I i 3

exclu-

(*) Optima videlicet, quamquam contra Canones pugnaret, erat S. Udalrici intentio.

Sæculum X. A. C. 972. excludi, nisi juramento affirmaret, se ignorasse, eum Hæresis peccatum admittere, qui arrepto contra fas Baculo Episcopalem potestatem invaderet. Manifestum Canonum contemptum Hæresim appellabant.

Altera die Adalbero Concilium cum Patruo intrat, & juramentum, quod exigebatur, pronunciat. Tum Gerardus Magistri sui nomine postulavit, ut responderent Episcopi, an consentirent, quod Udalricus vitam monasticam duceret, & ejus Nepos Episcopus ordinaretur. Quamvis autem hæc postulatio Episcopis non probaretur, eam tamen in publico conventu rejicere noluerunt; at ex omnium ceterorum consilio, eorum doctissimi Udalrico ad secretum colloquium vocato dixerunt: *Te vero virum Canonum scientia instructum, & vitæ antea Sanctitate illustrem minime oportet nocentissimum abusum introducere, ut vivente Episcopo alius ordinetur. Quod ubi sperare licuerit, nemo optimorum Episcoporum cupiditatem nepotum, Clericorumve suorum satis coercere valebit. Expedi itaque, ut Episcopatum retineas; ceterum, fidem damus, ubi ex hac vita decesseris, nos nunquam alterum quam Adalberonem Episcopum Augustanum ordinaturos.* Moveri se passus est Udalricus Episcoporum hortatu, & consentienti-
bus

bus cunctis Imperator Adalberoni mandavit, patruī Senis curam gereret, & sub ipso Episcopo rem domesticam Episcopatus Augustani curaret.

Sæculum X.
A. C. 973.

Hoc Concilium in autumnno celebratum. Anno autem sequente nongentesimo septuagesimo tertio, post Festum Resurrectionis, quod in vigesimam tertiam Martii inciderat, S. Episcopus comitante Adalberone Dilingam profectus est ad Comitem Rivinum nepotem suum, ibi aliquot diebus familiariter diversaturus. Ecce autem, cum Adalbero ad sanguinem emittendum a chirurgo solvi sibi venam jussisset, & deinde cum Episcopo cœnasset, illa nocte subito extinctus est, ingenti luctu non solum patruī sui, sed etiam omnium Diocœsanorum, quem utique ob raras dotes, quippe vir erat eruditus, in officiis Divinis celebrandis assiduus, liberalis & beneficus, omnes amabant.

c. 24.

§. XXXIV.

Ottonis I. Obitus. Otto II. Imperator.

Haud multo post tempore S. Udalrico nunciatur obitus Ottonis Imperatoris, qui diem Mercurii ante Pentecostem, septimam Maji, anno nongentesimo septuagesimo tertio, supremam habuerat. Illa die Matutinis & Missæ interfue-

Sæculum X.
A. C. 973. terfuerat, & eleemosynas, ut adfueve-
rat, distribui iusserat. Sub vespertas ve-
ro, decantato *Magnificat*, defecit. Cir-
cumstantes proceres infirmum scamno
imponunt, in quo sedens inclinato capi-
te expirasse videbatur. Rediit tamen
spiritus, tumque mentis compoti Corpus
& Sanguis Domini Nostri præbetur, quo
accepto animam placidissime reddidit.
Otto annis triginta sex solium Rex Ger-
maniae, undecim vero Imperator Roma-
norum occupaverat, cui rerum gesta-
rum gloria nomen Magni peperit. (*)
Altera die mane, defuncti filius, Ottoll-
jam ante a Papa Imperator coronatus,
novis acclamationibus ab omni populo
eligitur, eique Fidei perpetuæ sacramen-
tum dicitur. Ipse parentis corpus Mag-
deburgum deferri, ibique tumulari iussit.

§. XXXV.

(*) Ex eo tempore usque in hanc diem Ro-
mani Imperatoris Dignitas Germaniæ vindicata
est. Illa vero, quæ in Sæculis proximis sequen-
tur, merito dubium injicient, an Corona Romana
Germaniæ Reges, aliunde potentissimos, ornaverit
vel oneraverit magis. Ceterum, non sine singula-
ri Divini Numinis gratia factum, existimandum
est, quod in Sæculo X. quo non nulli Papæ Sum-
mo Pontificatu indigni extiterunt, & Romæ
omnia susque deque vertebantur, Reges, Impe-
ratoresque Ottones & Henricos Piissimos, Sa-
pientissimos, invictos Germania dederit.

§. XXXV.

Sæculum X.
A. C. 973.*S. Udalrici Obitus.*

Duobus mensibus, quibus S. Udalricus Ottoni Imperatori superstes fuit, multum oravit, multas eleemosynas pro anima defuncti Principis in pauperes sparsit, & quamdiu per vires corporis licuit, quotidie Missam celebravit. Ubi vero ita debilitatus est, ut pedibus suis consistere non valeret, singulis diebus in Ecclesiam, ubi Sacerdotem Missæ Sacrificium celebrantem audiret, deduci voluit. Tum Officio Divino peracto & recitato toto Psalterio, in conclavi suo sedens, Gerardum Ecclesiæ Augustanæ Præpositum jussu suo Vitas Patrum, & S. Gregorii Dialogos sibi prælegentem audiebat, de quibus deinde cum lectore differebat. Quadam die e profundo somno evigilans & omnibus artubus contremiscens exclamavit: *Heu, heu me! utinam nunquam vidissem Adalberonem nepotem meum! quia ejus voluntati consensi, nolunt me in suam recipere societatem, nisi prius pœnas dem.*

vit. c. 26.

In Festo S. Joannis Baptistæ vestibus suis indui voluit, & cultum Sacerdotalem superaddi. Tum in Ecclesia duas Missas continuas celebravit; quod non sine miraculo factum credidit. In vigilia S. Petri, die Dominica, priusquam in-

c. 26.

Ii 5.

choa-

Sæculum X.
A.C. 973. choarentur Vesperæ, lotus balneo, & vestibus, quas proprio funeri præparari jusserat, contactus mortem operiebatur, quæ tamen usque ad diem Veneris sequentem venire distulit. Hanc ubi proximam sensit, cineres in forma crucis sterni & aquam benedictam aspergi jussit; quibus impositus tandem expiravit. Obiit vero quarta Julii anno nonagesimo septuagesimo tertio, postquam inter vivos fuisset annis octoginta tribus, & Dignitate Episcopali eminuisset annis quinquaginta. Cum ad S. Afram sepeliretur, S. Wolfgangus Episcopus Ratisbonensis Exequiis præfuit. Compluribus deinde miraculis ad tumulum S. Episcopi patratis, Ecclesia ejusdem memoriam ipsa obitus die colere cœpit, sub Nomine *Saint Ulric* celeberrimi. (*)

Sup. l. LVI.
§. 9.
Mart. Rom.
4. Jul.

§. XXXVI.

(*) Der Heilige Udalricus ist der erste, von dessen Heiligsprechung ordentliche Urschriften vorhanden sind; gleichwie solches im folgenden Buch und XXXII. Abschnitt vorkommen wird. Nun haben wir oben in der Anmerkung zum III. Abschnitt gesehen, daß die Herren Protestanten empfindlich darüber sind, wenn man den Luther einen Ketzer schimpfet; Wir wollen aber igt im Gegentheil sehen, wie liebeich diese Herren nicht nur einen einzigen Mann, sondern alle Katholiken überhaupt mit denen, welche der Vielgötterey zugethan sind, vergleichen. Die Verfasser des Neuesten im Heu-

§. XXXVI.

Sæculum X.
A. C. 975.*Joannis XIII. obitus. Benedictus VI.
Benedictus VII.*

Joannes XIII. Papa anno superiore non-
 gentesimo septuagesimo secundo, sex-
 ta Septembris, postquam S. Sedem annis
 prope septem tenuisset, vita functus Suc-
 cessorem habuit Benedictum VI. patria
 Roma-

*Epit. ap.
Baro. Pa-
pebr. in
Ben. VI.*

Heumond 1760. beurtheilen das Werkgen eines
 Engländer's: *Histoire Naturelle de la Religion &c.*
 und sagen pag. 533. Ferner meynet unser Ver-
 fasser, daß wenn der Mensch einmal von dem
 Daseyn eines göttlichen Wesens aus den
 Wundern der Natur übersühret gewesen wä-
 re, er solche nimmermehr würde haben fah-
 ren lassen. Nun kömmt die Hochgelehrte Erin-
 nerung der Leipziger: Allein kann nicht eine
 einreißende Barbarey bey Kindern etwas ins
 Vergessen bringen, was die Väter wohl ge-
 wußt? Sind nicht bey den Katholischen die
 Heiligen in Ansehen und Verehrung gekom-
 men, die in der alten Kirche gar nicht be-
 kannt gewesen?

Diese Beschuldigung, mit welcher einige Pro-
 testanten den Ehrenkranz der Katholischen zieren,
 ist eine so weltkündige und niederträchtige Unwahr-
 heit, daß man billig bewundern muß, wie sich sonst
 gelehrte Leute damit schleppen mögen. Es schei-
 net auch allerdings, daß sie hier wider das Zeug-
 niß ihres eigenen Gewissens geschrieben. Denn
 wie

Sæculum X. Romanum, Hildebrandi filium. Is Die
A. C. 975. Dominica, 22. Sept. anno 972. ordinatus
 creditur; Sacram autem Sedem mensi-
 bus octodecim occupavit. At, cum in-
 vifus

wie ist es möglich, daß sie nicht wissen, man habe
 in der alten Kirche die ersten Märtyrer also gleich
 verehret, und angerufen? Wissen sie nicht, daß
 auch diese Lehre in der heiligen Schrift ihren un-
 widerleglichen Grund habe? Euseb. Amorr. gründ-
 liche Abhandlung etc. 1755. Gesetzt aber auch, daß
 man den Namen und die Lebensumstände ei-
 niger alten heiligen Märtyrer nicht vollkommen
 weiß, was soll endlich daran gelegen seyn? Wenn
 aber die Katholicken einstens den Luther für einen
 Erzkezer gehalten haben, so haben sie nichts davor
 gekönnt, daß er von der Lehre und Gemeinschaft
 der Römischen Kirche sich getrennet, und eben
 darum die Anzahl dererjenigen vermehret hat, wel-
 che in allen Jahrhunderten von der ganzen Kirche
 als Kezer sind angesehen worden. Weit billiger
 muß man von den Herren Protestanten in Sach-
 sen sagen, daß eine einreißende Barbarey (in den
 Glaubenslehren) bey den Kindern etwas ins Ver-
 gessen gebracht, was ihre Väter wohl gewußt, näm-
 lich daß man sich von der Gemeinschaft mit der
 Römischen Kirche nicht absondern könne, und dem-
 noch den Namen eines rechtgläubigen Christens
 behalten.

Klüger würden es die Verfasser des Neuesten
 machen, wenn sie, ihrer Absicht gemäß, solche bey
 den Haaren herbey gezogene und den Katholicken
 sehr

sus esset Romanis, a Centio seu Crescen- Sæculum X.
 tio Theodoræ famosæ feminæ & Joan- A. C. 975.
 nis X. Papæ filio captus, in Castro SS.
 Angelorum includitur. Tum, ipso vi-
 vente, Franco Ferrutii filius & Ecclesiæ
 Romanæ Diaconus Papa ordinatur; Be-
 nedictus vero haud diu post in carcere
 strangulatur. Eo occiso Franco expul-
 sus, qui nomen Bonifacii VII. sibi dede-
 rat, Constantinopolim aufugit. Tunc
 electus est Donnus II. quem aliqui an-
 te (*) Benedictum VI. sedisse putant, alii
 e Romanorum Pontificum serie expun-
 gunt, nam obscurissima sunt illa tempo-
 ra. Tandem 28. Dec. anno 975. in Sa-
 cram Sedem evehitur Benedictus VII.
 Episcopus Sutriensis, Alberici, Romæ Do-
 mini, propinquus, qui Petri Sedem annis
 octo & dimidio obtinuit.

§. XXXVII.

sehr schimpfliche Gleichnissen, welche zu der Got-
 tesgelehrtheit gehören, wegliessen, und an statt
 dessen ihnen zugestellte Deutsche Oden schöner
 Dichterinnen im Vertrauen beurtheilten und ver-
 besserten. Das wäre einmal viel anmuthiger. Diese
 freundliche Erinnerung kömmt ihnen aus Bayern,
 einem Katholischen Lande, in welchem, nach ihrer
 Meinung, die Barbarey auf den Thron sitzet. Sed,
 sic fata tulerunt.

(*) Cardinalis Baronius. Natalis Alexander.

Sæculum X.

§. XXXVII.

A. C. 975.Aimardi Abbatis Cluniacensis Obitus.

Sub turbida isthæc Ecclesiæ Romanæ tempora S. Majolus Abbas Cluniacensis Dignitatem Papalem, quam ut susceperet Otto II. Imperator & Adelheidis Imperatrix vehementer hortabantur, a se amolitus refertur. Superius memoravimus, Aimardum tertium Abbatem Cluniacensem caligantibus oculis Majolum sibi Adjutorem adlegisse, eumque propria Dignitate non abdicata fratribus Abbatem præfecisse. Haud diu postea Aimardus in cella infirmorum, ut privatus monachus, degens, quadam die misso, qui sibi ministrabat, caseum petiit. Cellerarius aliis rebus intentus negavit dare quod rogabatur, adjectis asperis verbis; quem denique labori suffecturum, si in uno monasterio pluribus Abbatibus & pluribus Dominis serviendum foret? Acriter pupugit Aimardi animum tantus contemptus; quare altero die mane ad Capitulum deduci se jubet, dicitque Majolo: *Frater mi! non ideo ego te supra me ipsum exexi, ut me sperneres, sed ut infirmitatem meam sublevares. Nonne monachus meus es?* Respondit Majolus: *Sum monachus tuus sicut semper ita & nunc obedientissimus. Si ita est, reposuit Aimardus, relinque Cathedram tuam,*

*Sup. l. LV.**§. 36.**Sæc. 5. Ben.**p. 324.*

tuam, & descende ad locum inter fratres, in quo antea stabas. Illico obediit Majolus, & surgens rediit ad locum pristinum, quem olim privatus tenuerat. Tunc vero Aimardus in Abbatiali Cathedra sedens Cellerarium evocat, eique, cum se in terram prostravisset, acerbe objurgato pœnitentiam, ut videbatur, injungit. Mox relictam Sedem Majolum denuo occupare jubet, qui iterum morem gessit. Ex hoc factò Aimardi, qui vir simplex habebatur, vigor, & Majoli humilis obedientia elucent. Aimardus anno nonagesimo sexagesimo quinto mortem oppetiisse creditur.

§. XXXVIII.

S. Majolus Abbas.

Majolus Aimardo defuncto solus Abbatia Cluniacensi annis prope triginta præfuit. Sacri libri unice ei in deliciis erant, quos iter faciens aut etiam equitans raro e manibus dimittebat. Philosophos tamen & Scriptores profanos non abiciebat, sed colligebat, quæ utilia videbantur. In cognitione Disciplinae monasticæ Canonum & Legum Majolo nemo perspicacior fuit. Doctrinæ solidæ magnam eloquentiæ vim jungebat, unde de morum emendatione sæpe sermonem faciens, auditorum animos movebat & delectabat. Cum ipse semper

vit. per Syr. lib. III. c. 3.

Virgi-

Sæculum X.
A.C. 975.

Sæculum X. Virginitatem servasset, Monachos suos
A. C. 975. ad custodiendam animi corporisque pu-
 ritatem fervida oratione hortabatur. De-
 linquentes magno zelo corripiebat, de-
 inde autem injunctam pœnam omni quo
 poterat modo relaxabat. Complures
 viri divites & potentes Majoli facundia
 capti, & vitam monasticam amplexi nu-
 merum Fratrum Cluniacensium non pa-
 rum auxerunt, quin tamen nationum di-
 versitas concordiam solveret. Majolus
 Abbas ubique solitudinis amator etiam
 cum de uno loco ad alium proficiscere-
 tur, contrito corde preces ad Deum fun-
 debat, & non raro humus, quam oran-
 do presserat, lacrymis madere conspe-
 cta est.

Dono miraculorum quoque claruit
 S. Abbas. Quadam die orationis causa
 ad Ecclesiam S. Virginis Mariæ in Velau-
 nis proficiscenti, inter alios pauperes sti-
 pem rogantes, obvium se intulit cœcus,
 dicens, a S. Petro sibi fuisse revelatum,
 oculorum usum se recepturum, si illam
 aquam, qua Vir Sanctus manus abluif-
 set, oculis admovisset. Rejecit suppli-
 cem Abbas satis objurgatum, & quia
 eum non latebat, quod cœcus ille aquam
 abluitionis a familiaribus suis sibi dari ro-
 gasset, ne darent, addita comminatione
 pœnæ prohibuit. Cœcus ille, sæpius
 postea repulsus, necdum tamen spem ab-
 jecit;

jecit; sed Abbatem in via præstolatus, apprehenso equi freno, juravit, se S. Virum neutiquam dimissurum, nisi voti compos fieret. Atque ne ullus excusationi locus esset, aquam in vasculo e collo suspenso portabat. S. Abbas commiseratione motus ex equo descendit, aquam juxta Ecclesiæ consuetudinem benedicit, Signum Crucis super cœci oculos format, & deinde flexis genibus cum omnibus præsentibus Sanctam Virginem inter obortas lacrymas invocat. Et ecce, priusquam se in pedes vir Sanctus erexisset, visum recepit cœcus. Syrus, qui S. Majoli vitam scripsit, se hoc miraculum a testibus facto præsentibus accepisse affirmat. In quodam prædio Abbatia Cluniacensis cum vir agrestis aquam, qua Abbas manus laverat, clam sibi datam obtinuisset, ea oculos filii cœci abluit, qui illico lucem aspexit. Quare comperta S. Majolus aquam, qua lavabatur, exinde se spectante in terram effundi jubebat. At nihilominus non nunquam furtive servata agrotos sanitati restituebat. Plura alia de S. Majolo narrantur miracula.

Rem domesticam Cluniacensem plurimum auxit, ejusdemque Monasterii Disciplinam in plura alia, quæ sibi in Francia aliisque provinciis reformanda commissa fuerant, invexit. Otto Magnus Imperator.

Sæculum X.
A. C. 975.

Cœcus san-
tus.

Elog. Maj
Sæc. 5. Ben
n. 21. &c.
p. 769.

Hist. Eccles. Tom. XIII, K k pera-

Sæculum X.
A.C. 975.

vit. per Syr.
l. 2. c. 20.
Sup. l. LV.
§. 38.

Sup. l. XLI.
§. 40.

perator, cum S. Viri fama usque ad eum pervenisset, magno ipsum videndi desiderio tenebatur. Tot enim Reipublicæ curis obrutus, nihilominus ad Monasteriorum emolumentum mentem sæpe convertebat, & tenero affectu angebatur, quod Monachos Sæcularium moribus vivere cernebat. Heldricus vero, qui, ut superius memoravimus, quondam in Italia vir spectatissimus, relictis omnibus, Cluniaci cucullo se abdiderat, Ottoni indicaverat, quam sanctæ vitæ vir Majolus esset. Eum itaque Imperator ad se vocatum omnium Monasteriorum in Italia & Germania sibi subditorum Regimine onerare cogitabat. Imperatrix S. Viro ancillæ more ministrare cupiebat, Proceres omnes Majolum venerabantur & amabant, quo chariorem Imperatori noverant neminem. Cuncti, quibus in Regia negotium erat, ejusdem favorem & præsidium quærebant. Sub illud tempus S. Majolus, nempe anno circiter nongentesimo sexagesimo sexto, Cænobium Classense prope Ravennam S. Apollinari Sacrum reformavit, eique Abbatem præfecit. Rogatus ab Imperatrice Monasterium S. Salvatoris prope Ticinum a Cælo aureo dictum, a Rege Luitprando conditum, & ob S. Augustini Reliquias celeberrimum, restauravit.

§. XXXIX.

§. XXXIX.

Sæculum X.
A.C. 975.*S. Majolus a Saracenis captus.*

Sanctus Majolus altera profectioe, an-
no nongentesimo septuagesimo ter-
tio, Romam suscepta, in reditu suis præ-
dixit, Ottonem Imperatorem eodem an-
no e vivis abiturum. In Alpium angu-
stis a Saracenis Fraxinetum obtinenti-
bus, cum plurimis itineris sociis, qui sub
Sancti Viri præsidio tutos se credebant,
captus est. Saraceni, quotquot com-
prehendere potuerunt, vinculis ferreis
onerarunt; cumque S. Abbas Saracenum
de rupis cacumine jaculum in quemdam
familiarium suorum intorquentem con-
spiceret, objecta dextra ictum excepit, &
cicatricem, eximie charitatis monu-
mentum, quoad vixit, circumtulit. Ipse
intrepido animo mortem non pertime-
scebat, sed quia paterno affectu omnes
complectebatur, dolebat, quod sui cau-
sa tot amici in tristem captivitatem in-
cidissent. Illud vero ferventi oratione
ad Deum impetravit, ut nullus suorum
necaretur. Barbari, Abbatem ad sua
munimenta deducentes, alii & quidem
Ducum præcipui, honorem exhibebant,
alii ridebant, & Religionem Christianam
conviciis insectabantur.

Tunc autem S. Abbas Religionis no-
stræ veritatem, & Superstitionis Maho-
me-

Sæculum X.

A. C. 975.S. Majolus
inter Sara-
cenos.

metanæ impietatem clarissimis argumen-
tis demonstrare cœpit, quod Barbaros
usque adeo irritavit, ut pedibus vincu-
lis ferreis constrictis Abbatem in antrum
horrendum conjicerent. Ibi gratiam
Martyrii a Deo enixe petenti oblatum
est somnium, ex quo didicit, fore, ut ex
hac captivitate liberaretur. Tum ve-
stem suam excutiens præter spem inve-
nit Tractatum de Assumptione S. Virgi-
nis, opus jam illa ætate S. Hieronymo
adscriptum, quem librum Saraceni, cum
ei ceteros omnes auferrent, non nota-
verant. Ipse lætus, quot dies exinde
usque ad Assumptionem superessent, nu-
merat, & cognoscit, restare dies vigin-
ti quatuor. Nempe agebatur vigesima
quarta Julii. Ergo Sanctam Virginem
ferventius invocare cœpit, ut ipsa apud
Filium suum intercedente futurum hoc
Festum cum Christianis celebrare sibi
concederetur. Ita prolixius oranti sub-
repsit somnus, ex quo evigilans miratur,
vincula sua, nemine manum admove-
nte, dissiliisse. Infideles quoque prodigi-
o attoniti, & liberatum iterum ligare
non ausi, virum venerari cœperunt.
Quærent, an in patria opes suppeterent,
quibus se suosque redimeret. Quibus
ille, nihil in hoc mundo sibi proprium
esse, respondit, sed amicos habere & sub-
ditos, qui agros & pecunias possiderent.

Sara-

Saraceni hortari, ut quemquam suorum Sæculum X.
mitteret, qui pretium recuperandæ li- A. C. 975.
bertatis afferret. Tum pretium pronun-
ciant mille libras argenti; unde singulis
eorum libra una obtingeret. Ergo Ma-
jolus Abbas quemdam monachorum suo-
rum mittit cum Epistola manu sua exa-
rata, hæc pauca continente. *Dominis*
meis & Fratribus meis Cluniacensibus Psal. 17. 5. 6.
Frater Majolus miser & captivus. Tor-
rentes iniquitatis conturbaverunt me,
præoccupaverunt me laquei mortis. Igi-
tur rogamini, ut me & eos, qui mecum
sunt, dato pretio redimatis. Hæc Epi-
stola Cluniacum delata non solum illius
Cœnobii Fratres, sed totius regionis in-
colas summo dolore affecit. Multa de
pretiosa Ecclesiæ supellectile venunda-
ta, & amicorum præcipui pecunias cer-
tatim comportarunt, quibus celeriter ex-
acta a Saracenis summa impleta est.

Interim Barbari S. Abbatem in dies
majore veneratione prosequerantur.
Cum tempus prandii advenisset, S. Viro
quoque, quæ habebant, videlicet carnem
& panem prædurum apponunt. Tum
ipse: *Si esuriero, pascet me Dominus.*
Quæ vos datis mihi non conveniunt.
Moxque aliquis ex Saracenis commiseratione
tactus, replicatis manicis, manus
& clypeum abluit, in quo farinæ massam
præsentem Abbate subegit, statim furno

Sæculum X. immisit, & coctum porrexit. Accepit
A. C. 975. Abbas, oravit, & gratias agens comedit.
 Saracenorum alius baculum decorticans
 pedem imposuit Bibliæ, quam Majolus
 semper quocunque iret deferre adfue-
 verat. Ingenuit Vir Sanctus, & aliqui
 ex Saracenis comilitonem vituperarunt
 dicentes, librum verba Prophetarum
 continentem usque adeo vilipendi non
 debere. Eadem die, exortis inter eun-
 dem barbarum & commilitones rixis, pe-
 dem ejus, quo Bibliam calcaverat, am-
 putarunt. Tandem ubi libertatis pre-
 tium allatum est, S. Majolus omnesque
 cum ipso capti dimittuntur; unde Fe-
 stum Assumptionis apud Christianos, ut
 exoptaverat, celebrare licuit.

Saraceni vero haud diu post ex Fra-
 xineti stationibus a copiis Guilielmi Du-
 cis Arelatensis pulsi sunt, quod plerique
 in pœnam ob captum S. Virum coelitus
 immissum crediderunt.

Libri quoque, qui S. Abbatis fuerant,
 in sarcinis Barbarorum inventi eidem re-
 missi.

§. XL.

*S. Majolus Dignitatem Papalem
 fugit.*

*Vit. per Syr.
 lib. 3. c. 8.*

Haud longum post S. Majoli reditum
 effluxerat temporis spatium, cum
 ab Ottone II. Imperatore, & Adelheide
 Impe-

Imperatrice matre ejus vocatus roga-
 tur, ut Sedem Romanam tunc vacantem
 conscenderet. Id post mortem Benedi-
 cti VI. & Donni factum creditur, quo
 factionis Franconi faventis homines eum
 restituere prohiberentur. Summam Di-
 gnitatem sibi oblatam Majolus forti pe-
 ctore repulit dicens, animo sibi consti-
 tutum, pauperem vivere, & dilectum si-
 bi gregem nunquam derelinquere. Tum
 Principibus vehementer instantibus, ut
 Supremum Pontificatum susciperet, pe-
 tiit deliberandi tempus, & postquam diu
 preces ad Deum fudisset, sensit se in pro-
 posito confirmatum. Ergo Proceribus
 Episcopisque, sibi persuadere conantibus,
 ut Imperatori roganti rem difficilem qui-
 dem sed gloria plenam non denegaret,
 respondit: *Haud ignoro, me careere do-
 tibus, quæ in Pontifice Maximo necessa-
 rio requiruntur. Ceterum quantum
 Romani terrarum spatio a nobis di-
 stant, tantum eorum mores a meis di-
 vertunt.* (*)

Kk 4

Deni-

(*) Ita Vir Sanctus & sapientissimus. Ho-
 die Italorum industria ceteras Nationes a Summo
 Pontificatu excludit. Nec est cur alii summam
 licet Dignitatem adeo expectant, postquam Itali-
 jam suæ nationis Pontificibus adfueverunt. Præ-
 terea alios quam Italos eligi, si ea in memoriam

revo-

Sæculum X.

A. C. 975.

Denique S. Viri constantia nec precibus, nec argumentis superari potuit, quod inter miracula ab ipso patrata forsitan non ultimo loco ponendum.

§. XLI.

S. Adelheidis Imperatrix.

*vit. per Odil.
Bibl. Clun.
p. 354. Elog.
Sæc. V. Ben.
p. 889.*

Quantum S. Majolus in Regis Ottonis II. animum potuerit, illo factodocemur, cum Rex Adelheidi Imperatrici, matri suæ, auctoritate potissimum S. Abbatis, reconciliatus est. Adelheidis Rudolphi II. Regis Burgundiæ filia, Regis Conradi pacifici, & Buchardi Episcopi Lufunensis Soror, annos non plus sexdecim nata, Lothario Hugonis Regis Italiæ filio nupserat, ex quo conjugio nata erat Emma, postea Lotharii Regis Franciæ uxor; sed mater, post annorum trium matrimonium elato marito vidua, a Berengario novo Italiæ Rege & Willa uxore ejus diram persecutionem passa est. Quippe detonsam, & sæpe pugnis calcibusque contusam obscuro carceri cum unica ancilla tradiderunt. Inde non sine miraculi specie evadens ad Regem Ottonem I. deducitur; qui & ipse illo tempore, uxore defuncta, liber
Adel-

revocentur, quæ compluribus Pontificibus, natione Gallis, Avenione sedentibus contigerunt, Ecclesiæ Bono expedire non videtur.

Adelheidem ad se confugientem conjugem accepit. His nuptiis Otto I. jus & populorum assensum ad Italiam sibi subjiciendam consecutus est. Illa sæpe Deo gratias agebat, quod magnis ærumnis pressa fuisset, atque ista ratione periculis, quæ viduæ admodum juvenes raro evadunt, erepta.

Adelheidis Ottone Magno rebus humanis erepto, & Ottone II. ad res gerendas per ætatem necdum apto, non minus sapienter quam feliciter regnavit; sed cum ille ad maturiorem ætatem pervenisset, susurronum quorundam improbitas filii animum a matre alienare cœpit. Dicebant enim, ambitione efferri feminam, sibi que soli rapere potestatem, qua bene uti, supra muliebrem prudentiam esset. Ipsa, temporis iniquitati cedendum rata, in Burgundiam ad Regem Conradum fratrem suum, Viennæ residentem, se contulit. Mœrebant omnes Boni, inter matrem & Imperatorem, invidorum consilio, simultates excitari potuisse. Tandem pœnitentia subiit Regem Ottonem, quod matrem pessime habuisset, missisque Legatis ad Regem Conradum Avunculum suum & ad Majolum Abbatem, rogari eos jussit, ut matrem Ticinum adducerent, & reconciliationis auctores testesque essent. Venit in hanc civitatem Adelheidis, eamque

Sæculum X.
A. C. 975.

Sæculum X. que comitabatur S. Abbas, qui præsen-
A. C. 975. tem Regem Ottonem memorem esse
 iussit, parentes a filiis secundum Iesu
 Christi exemplum honorandos esse.
 S. Viri verbis commotus juvenis Rex
 matris pedibus advolvitur, quæ & ipsa
 in terram se demisit. Tum inter mu-
 tuas lacrymas in amplexus ruunt, exin-
 de nullis unquam jurgiis divisi.

§. XLII.

*S. Wolfgangus Episcopus Ratis-
 bonensis.*

vit. Sæc. V. Anno secundo Ottonis II. Regis, nempe
Ben. p. 812. anno salutis nongentesimo septuage-
 simo quarto, S. Wolfgangus, clarissimum
 hujus Sæculi lumen, Episcopus Ratisbo-
 nensis ordinatus est. Is in Suevia ho-
 nestis parentibus natus e Sacro fonte
 nomen *Wolfgang* tulit, quæ vox latine
 redditur, *Lupambulus, seu ingressus lupi.*
 Primis literarum rudimentis in Moni-
 stero Augiæ Divitis positus, Herbipo-
 lim cum Henrico, fratre Popponis, illius
 Ecclesiæ Episcopi, qui Magistrum peri-
 tissimum, nomine Stephanum, ex Italia
 evocaverat, se contulit. Post breve
 temporis spatium, scilicet anno nongen-
 tesimo quinquagesimo sexto, cum Rex
 Otto I. Archiepiscopatum Trevirensis
 Henrico, Cognato suo, contulisset, no-
 vus

vus Præful amicum suum Wolfgangum Sæculum X.
A. C. 975.
 eo deduxit, quem etiam opibus & ho-
 noribus cumulatum, secundo post se gra-
 du in Dicecesi Metropolitana collocasset,
 nisi ille, rejectis omnibus Dignitatibus,
 solum pueros erudiendi munus sibi de-
 legisset. Hos vero gratis docebat; quin
 etiam, si quod minerval sponte offere-
 bant, accipere recusabat, & suis sumpti-
 bus discipulos egenos alebat. Nec mi-
 norem curam gerebat, ut discipuli sui
 in bonis moribus quam in doctrina pro-
 ficerent. Ceterum ab esu carniū ipse
 abstinebat, jejunabat & vigilabat fre-
 quenter, multum orabat, & vestibus pre-
 tiosis non induebatur. Abbatias com-
 plures sibi ab Henrico Archiepiscopo
 oblatas recipere noluit, sed quibusdam
 Canonicis ut Decanus præfuit, quos ad
 vitæ communis modestiam & literarum
 studium compulit.

Henrico Archiepiscopo anno non-
 gentesimo sexagesimo quarto satis fun-
 cto, Wolfgangum in patriam redire, &
 Sæculo valedicere, quod jam diu in vo-
 tis erat, cogitantem Bruno Imperatoris
 frater, Archiepiscopus Coloniensis, ad
 se vocat, & magna quæque sibi expete-
 re jubet; honores quidem ille nullos ad-
 misit, aliquanto tamen tempore apud
 Archiepiscopum Principem commora-
 tus est, postea sæpe dicere auditus, pau-
 cissimos

Sæculum X.
A.C. 975.

cissimos se vidisse Episcopos, pietate & meritis Brunoni pares. Tandem, consentiente Archiepiscopo, quod unicecupiebat, Wolfgango implere licuit. Ergo in Sueviam redeuntem plaudentes Propinqui omnes, quem totius familiae fulcrum & decus sciebant, excipiunt, & omnia vitæ commoda certatim conferunt. Ipse paulo post relictis omnibus, ad Monasterium Einsidlense, in medio obscuræ silvæ positum, convolat, & sub Regimine Gregorii Abbatis, natione Angli, qui terrena omnia, ut alacrius Deo ferviret, abjecerat, Institutum monasticum profitetur.

vid. Mabill.
Sæc. V. Act.
Ben. p. 241.
Et 242.

† Silva Hercynia.

S. Wolfgangus.

Wolfgangi fama brevi complures Discipulos attraxit, qui ex vicinis monasteriis advenientes se ipsius Discipline tradebant. Cumque S. Udalricus de more Monachos Einsidlenses † invisisset, usque adeo Wolfgangi meritis captus est, ut, præ ceteris dilectum, postea reluctantem Ordine Presbyteratus insigniverit. Quadam die S. Wolfgango ferventius oranti S. Otmarus, cujus patrocinio sæpius salutem suam commendabat, conspicuus factus futura prædixit in hunc modum: *Ex hac provincia pauper abibis, & in alia, quo propter Dei causam exul migrabis, Episcopatum utcunque pinguem consequeris. Si Pastoris officio rite defunctus fueris, post annos vigin-*

viginti duos ad vitam æternam pervenies, & in quodam loco, ubi mei honoratur memoria, decedes. Sæculum X.
A. C. 975.

Hac visione & zelo, quo Infideles ad Christum converti cupiebat, incitatus, accepta Abbatis licentia, & relicto monasterio, anno nongentesimo septuagesimo secundo, in Pannoniam iter suscepit, fidem Hungaris prædicaturus. At Pilgrimus Episcopus Passaviensis videns, quod S. Vir in illa provincia operam perderet, ab irrito labore revocatum per aliquot dies in ædibus suis retinuit. In illa vero brevi commoratione cum Episcopus Wolfgangi virtutem penitus cognovisset, ad familiares dicebat: *O ter felicem Ecclesiam, quæ talem Episcopum habitura est! animo constitui petere, ut ei Episcopatus Ratisbonensis conferatur.* Respondebant Domestici: *Nulla spes est, fore ut vir pauper & ignotus tot aliis illustribus & Imperatori gratis postpositis banc Dignitatem consequatur. Longe alia sunt Judicia Dei ac hominum,* reposuit Episcopus, *agam rem apud Marchionem, in quo Imperator maximam posuit fiduciam, rogabo ut ipso potissimum auctore, sprete æmulorum ambitione, solius vitæ æternæ amore, vir iste, ut ut humili loco natus, cetera dignissimus, Ecclesiæ Ratisbonensi præficiatur.* Factum est, quod Pilgrimus ominabatur.

Nam

Sæculum X. Nam Otto II. Imperator Marchionis con-
A. C. 975. filio usus misit nuncios cum mandatis;
 nemo alius nisi Wolfgangus Episcopus
 Ratisbonensis eligeretur, & Francofur-
 tum (nempe ubi Imperator Natalem Do-
 mini celebraturus erat) volens nolensve
 adduceretur.

Missi ab Imperatore Nuncii Wolf-
 gangum adhucdum in Domo Episcopi
 Passaviensis diversantem invenerunt, sed
 propediem in patriam reverti parantem.
 At acceptis Regiis mandatis, nullus du-
 bitans, auctore Episcopo Piligrimo hæc
 geri, cum Legatis Ratisbonam proficiscit-
 tur, ubi a Clericis populoque unanimi
 consensu eligitur, moxque adjunctis il-
 lius civitatis Nunciis ad Regiam mitti-
 tur. In conspectum Imperatoris perve-
 niens pedibus ejus advolutus, indignum
 se tanto honore profitebatur; verum
 Princeps necquicquam repugnantem,
 tradito Baculo pastorali, Episcopum in-
 vestit. Wolfgangus Ratisbonam ite-
 rum delatus a Clericis populoque Thro-
 no Episcopali imponitur, & a suo Metro-
 polita Friderico, Suffraganeis sacram o-
 peram jungentibus, consecratur. Epis-
 copus creatus habitum & mores Mona-
 chi servavit.

§. XLIII.

Sæculum X.
A. C. 975.*Ratherius adversus Clericos suos.*

Ratherius Episcopus Veronensis sæpe pulsus, sæpe restitutus, hoc anno nongentesimo septuagesimo quarto tandem extremis admotus vivere desit. Anno nongentesimo quinquagesimo sexto Leodio pulsus annis duobus acquievit; anno autem nongentesimo quinquagesimo octavo in Italiam reversus, elapso haud multo tempore, favente Brunone Archiepiscopo, & auctoritate Ottonis I. fratris ipsius, in Sedem Veronensem restituitur.

Sub illud tempus scripsit Ratherius Tractatum, quem *Phrenesim* appellavit, quod in eo Scripto in Baldricum, suum in Cathedra Leodiensi Successorem, furiose inveheretur. Nam se ipsum insaniam arguere, & conviciis impetere non dubitabat. Et iste quidem Tractatus intercidit, sed duos alios eodem tempore a Ratherio scriptos habemus, unum, de Contemptu Canonum, Huberto Episcopo Parmensi dedicatum, alterum, *Statutum Leodiense*, id est, Apologeticum, in quo contendit, se ex illa Ecclesia jure expelli non potuisse, & argumenta affert, cur sponte non renunciaret. Prior Tractatus in duas partes dividitur. In prima Ratherius conqueritur, quod

Spicil. tom.
2. p. 161. &
194.

Sæculum X.
A.C. 975.

quod olim a Clericis Veronensibus fuis-
set ejectus, dicentibus, Episcopi munus
in Consecratione Sacerdotum & Unctio-
ne cum Chrismate absolvi. Complures
itaque Canones refert, ut probet, Epis-
copi esse non minus temporalia quam
spiritualia Ecclesiæ suæ disponere. Af-
firmat, ejusdem esse Clericis suis alimen-
ta & stipendia præbere, quo sincere eo-
rum Pastor sit & causa suppetat, cur a
suis vel timeri vel amari debeat. *Cle-
rici, inquit, inter se redditus Ecclesiæ par-
tiuntur pro suo arbitrio, & minores a
potentioribus premuntur. Soli Presby-
teri & Diaconi ævarium exhauriunt, ut
inde opes congerant, & seditionem in E-
piscopum movere possint, ut in ceteros
Clericos dominantur, eosque suis partibus
adbærere cogant, quos, nisi obedientes ha-
beant, ex Ecclesia ejiciant. Interim
Subdiaconi, Acolyti ceterique minores
Clerici non habent, unde vivant, unde
Ecclesiæ serviant, eamque custodiant, &
denique unde literarum studio & scien-
tiis vacare possint. Quid porro fit? quia
stipendia non accipiunt, quæ muneris sui
sunt, negligunt, & pessima spe lætan-
tur, fore, ut postquam ipsi Diaconi &
Presbyteri ordinati fuerint, pari modo
ceteris Clericis exclusis soli Ecclesiæ Bo-
nis potiantur. Hic dispicimus, qua de
causa in minoribus Ordinibus constituti
mini-*

ministerio suo fungi cessaverint. Nem. Sæculum X.
 pe Clerici superiores omnia soli usur- A. C. 975.
 pabant.

Tum Ratherius sibi ipsi objicit: *An ergo Episcopum deceat, frumentum & vinum in mensura distribuere, pecunias Clericis porrigere?* Respondet, non exigi ab Episcopo, ut ipse hæc faciat, sed sufficere, si id Presbyteris aut Diaconis secundum antiquam consuetudinem committat. Deinde causam inquirat, cur universim omnes Episcopi, Clerici, Laici Canones vilipendant? & respondit, nullam aliam esse, quam quod plurimorum charitas algeret, & corruptissimi essent temporis illius mores, ita ut multis, Canones servare, impossibile videretur. Tum compluribus exemplis probat, quam corrupti Clericorum mores sint.

Quando Leodium translatus fui, inquit, aliquis Episcopus Canones mihi objiciebat, quibus Episcopi ab una Sede ad aliam transferri prohibentur; ipse vero vini potator & ebrietatis nota infamis erat, canes & accipitres ad venandum alebat, & in Ecclesia sua non residebat. Vidi duos jurgantes & sibi mutuo exprobrantes, quod unus more Sæcularium arma gereret, & militaret, alter Concubina clam aleret, quod alter ante suam ordinationem adulterio se polluisset, alter

p. 170.
Ratherii Scripta.

Hist. Eccles. Tom. XIII. L1 post

Sæculum X. *post Ordinationem nuptias iniisset. Et*
A. C. 975. *infra: Ponamus, Bigamum ante susceptos*

Ordines, & *postquam Sacerdotio initia-*
tus fuerit, cum pluribus mulieribus libi-
dini indulgentem, arma gerentem & mi-
litantem, perjurum, venatorem, crapulo-
sum, in Sedem Romanam Apostolicam
evebi, quod Deus utique permittere pot-
est; si ego ad talem Pontificem quevelas
meas deferam, & actionem injuriarum
Matth. 7. 3. *moveam; si deinde Pontifex contra Ad-*
versarium meum rescribat, nonne iste di-
cet, Papam in oculo fratris sui festucam
videre, & trabem in oculo suo non vide-
re? imo talis Pontifex ne quidem rescri-
bet, nec damnare audebit, quem vitia
ipsi similem faciunt. Inde fit, quod Ca-
nones & ipsum Evangelium ab omni ho-
p. 177. *minum ordine contemnantur. Nihil no-*
bis profuturum putamus minora præce-
pta servare, quando majora violasse pro-
pria conscientia exprobrat. Nullius
meriti est, canes ad venandum non habe-
re, si aliquot pellices domi alamus. Nec
laude dignum, neminem pugno vel fuste
percutere, si animas fidelium injusta ab-
solutione aut dato scandalo occidamus.

Pf. 40. 9. 16. *Illorum deinde calamitatem Ratha-*
rius deflet, qui non modo Prædicationis
ministerium negligunt, sed etiam suis
criminibus se ipsos hac potestate privant,
quod S. Scriptura peccatoribus objicit.
 His

His subjungit: *Nullus proin obstupescen-* Sæculum X.
di est locus, quod sæculares commina- A.C. 975.
tionibus, quas ex S. Scriptura & SS.
Canonibus proferimus, non moveantur, p. 185.
cum vident, nos dum has legimus visum
non tenere, & vita pessima pertinaciter
contemnere. Ideoque nec excommunica-
tionem nostram pertimescunt, nec absolu-
tionem magni faciunt, quia nos ipsos per
SS. Canones excommunicatos vident.

In altera ejusdem Tractatus Parte
 Ratherius causam præcipuam Canones
 contemnendi Clericorum incontinen-
 tiam esse affirmat. *Vix enim aliquis,*
inquit, reperitur dignus, qui Episcopus
eligatur, aut electo manus imponantur.
Cum enim ab incontinentiæ vitio purga-
ri nolunt, cetera omnia nibili putant.
Inde est, quod inter omnes Nationes Sa-
cro Baptismi fonte ablutas Itali SS. Ca-
nones impudentissime spernant, quia om-
nium impudicissimi sunt, & lasciviam
dapibus exquisite conditis & nimio mero
irritant. Itaque Clerici a Laicis nulla
alia re distinguuntur, quam barba & ca-
pitis vertice rasis, & quod in Ecclesia,
magis ut hominibus quam ut Deo placeant,
perfunctorie ministrent.

Ratherius in Sedem Veronensem re-
 stitutus nequiquam quieti se dedit. Non
 enim a se impetrare poterat, ut contra
 officii sui rationem dissimularet vitia

Sæculum X.
A.C. 975.

p. 222.

Clericorum suorum, qui pudendam vitæ licentiam coerceri impatientissime ferebant; quippe nullus eorum erat, qui non concubinam publice haberet, vel nefas! flagitio longe pejore libidinaretur. Offenderat dissolutos Ratherii Scriptum ad Episcopum Parmensem directum, cumque ille urgeret, ut mulieres secundum Canones & Imperatoris mandata expellerent, plerique obtendebant paupertatem, sibi que necessarium esse hoc vitæ subsidium, ab Ecclesia stipendium nullum accipientibus. Ratherius, ut huic malo mederetur, omnes Ecclesiæ Veronensis redditus in commentarium retulit, & invenit, sufficientes esse, si æquali proportione dividerentur. Sed illi Clerici, qui raro ministrabant, & minime pro Ecclesia laborabant, possidebant superflua, aliis contra, qui totum ferme ministerii onus portabant, vel pauca vel nihil percipientibus. Si verò quis objiceret, hanc rem manifeste contra justitiam pugnare, reponebant: *Amice, priusquam ea, quibus modo fruor, acquirerem, expectandum mihi fuit, donec Antecessores mei moverentur. Tu quoque patientia utere, donec ego deceffero.* Frustra Ratherius Canonum auctoritatem ingeminabat, cui illi consuetudinem opponebant.

§. XLIV.

Ratherii Synodus.

Sæculum X.

A. C. 975.

His Ratherius non parum turbabatur, cum Synodum celebrare voluit. Synodi enim, inquit sermone ad Clericos suos directo, *ideo celebrantur, ut ea omnia, quibus in Canones peccatur, tollantur. Nunc vero nuper Canones pervolvens deprehendi, nullum eorum a vobis observari. Video inter vos Clericos bigamos, concubinariorum, seditiosos, perjuros, vinolentos, usurarios. Parvulos quoque irregulares, utpote illicito concubitu natos. Denique, ut verbo complectar omnia, totius gregis mei ruina a Clericorum pravitate proficiscitur; quo enim pacto in Synodo mea Laicum adulterum, perjurum, aut alterius criminis reum reprehendere ausim, cum similia in Clericis meis toletem? novistis me Synodum convocasse, in qua me absente per biduum Clerici adesse jussi ab Archipresbytero & Archidiacono examinarentur, tertio autem die omnia, quæ corrigenda viderentur ad me deferrent, Qua ratione mandata mea executi sunt? nihil aliud in examine quæsitum, quam illud solum, an Psalmos didicissent, & judicatum, quod eos satis callerent omnes, & plerique melius quam ego ipse. Hic totus Synodi fructus fuit.*

Ll 3

At,

Sæculum X. *At, cum ego hos Clericos examini*
A. C. 975. *subjeci, patuit, complures in Doctrina*
Fidei esse adeo rudes, ut ne quidem Sym-
bolum Apostolorum memoriæ impresse-
rint. Quod me permovit, Epistolam Sy-
nodicam ad omnes Presbyteros dare, in
qua præcipio, ut tria Symbola, nempe A-
postolorum, illud quod in Missa cantatur,
& S. Athanasii memoriæ mandent. Ad

p. 156.

to. 9. Cont.
in fi.

nos usque pervenit hæc Synodica Ra-
 therii Epistola, in qua etiam hortatur, ut
 omnes Diem Dominicam sanctificent, &
 significationem moralem atque Sabbati
 Sancti exponit. In eadem Epistola di-
 cit: de quolibet Presbytero certior fieri
 volo, an liber natus sit vel servus. An
 in mea Diocæsi lucem primo aspexerit,
 an in ea, & quo Titulo, sit ordinatus.

p. 263.

Si Servus fuit, literas manumissionis
 producat. Si ex alia Diocæsi huc ad-
 venit, exhibeat Literas Dimissoriales.
 Quilibet vestrum, si fieri possit, habeat
 Explicationem Symboli & Orationis Do-
 minicæ Traditioni Patrum consentaneam,
 quæ coram populo exponatur. Hodie
 hæc Explicatio a nobis Catechismus di-
 citur. Infra Ratherius inter Formulas
 in administratione Sacramentorum adhi-
 beri solitas, quæ hodie in Rituali conti-
 nentur, adnotat ordinem reconciliandi
 Pœnitentes, secundum modum & limi-
 tes, quos Canones Presbyteris ponunt.

Inde

Inde conjicimus, aliquos casus fuisse E-
 piscopo reservatos. Postea diserte dicit, Sæculum X.
A. C. 975.
 posse Presbyteros pro peccatis secreto
 commissis pœnitentiam injungere, at pec-
 cata publica ab ipsis ad Episcopum esse
 deferenda. Scitote vero, subjungit Ra-
 therius, nos neminem ordinaturos, nisi
 prius in aliquo Monasterio versatum, aut
 a viro docto eruditum & doctrina sal-
 tem sufficienti instructum.

§. XLV.

Alia Ratherii Scripta.

Alia præterea Clericis Veronensibus
 contra Ratherium Episcopum mur-
 murandi causa erat, quod partem redi-
 tum Ecclesiæ pauperibus destinatum
 ad reparandas Ecclesias ad Infidelibus in-
 censas aut negligentia malorum Episco-
 porum collapsas impendisset. Ad hæc
 respondet in Libro cui Titulus: *Apolo-
 geticum*, & omnibus viribus affirmat,
 cum pauperes tunc temporis hoc subsi-
 dio facile carere possent, Bona Ecclesiæ
 sicutilius fuisse adhibita. Hæc inter Ra-
 therium & Clericos suos jurgia post o-
 bitum Joannis XII. cujus jussu restitu-
 tus fuerat, adeoque post annum nongen-
 tesimum septuagesimum quartum exar-
 serunt. Eodem autem tempore scripsit
 Itinerarium, in quo Clericis suis denun-
 ciat, Romam se profecturum, ut Syno-

Sæculum X.

A. C. 975.

p. 265.

p. 276.

p. 277.

do ibi celebrandæ interesset, & Patres consuleret, quid de Clericis suis immergeris statuendum esset. *Ubi enim melius quam Romæ, inquit, quid mihi agendum, edoceri possim? quid alibi viri Ecclesiastici ad Doctrinam Ecclesiæ pertinens sciant, quod Romæ ignoretur? ibi supremi totius orbis terrarum Doctores, & Ecclesiæ Universalis Principes fulserunt. Ibi Paparum Decretales asseruntur, ibi Canones examinantur, alii approbantur, alii rejiciuntur. Quod ibi nullum & irritum declaratur, nullibi valet, nullibi infringitur, quod ibi ratum firmumque habetur. Ut nihil dicam de eo, quod Imperator æquissimus & sapientissimus a Deo nobis datus, Romæ Joannem (nempe Decimum tertium) Virum Maximo Pontificatu dignissimum, Papam constituerit. Credo vero, subjungit, proximo Autumno Concilium Universale esse convocandum. Deinde fatetur, se maxime angi Clericorum suorum causa, quos, cum omnes rei essent, omnes etiam pœnitentiam publicam subire oporteret, tumque eorum nulli licitum fore Ministerio Sacerdotali defungi, unde futurum, ut populus Sacramentorum administratione privaretur. Tandem addit: *Quid autem vobis faciam, Fratres mei? Si enim peccata vestra non confitemini; metuo, ne in æternam per-*
ditio-*

ditionem ruatis, si confessi fueritis, jam Sæculum X.
S. Sacrificium offerre vobis amplius non A. C. 975.
licebit.

In quodam monasterio exiguo, vulgo *Magonzian*, a grassantibus Hungaris flammis vastato, nemo nisi solus Abbas supererat, qui non solum Regulam non servabat, sed nec eo adduci poterat, ut mulierem, quam uxoris loco alebat, dimitteret, usque adeo impudens, ut Ratherio Episcopo suo pecunias offerret, ut quietam possessionem frui sineretur. Ratherius hanc Abbatiam Presbyteris sæcularibus dedit, statuens, ut saltem tres numero essent, & singulis diebus Missa celebraretur, Diaconus quoque, Subdiaconus & aliquot minores Clerici adessent. Ut vero haberent, unde viverent, iis, non agros, sed quasdam pensiones frumenti, vini, & leguminum assignavit, jussitque, ut totum Officium Divinum præstitutis horis cantent.

p. 256.

Cum aliquis Clericorum Veronensium nuptias filii sui in Quadragesima & nocte Dominicam præcedente, dupliciter contra Canones peccans, celebrasset, Ratherius Episcopus his & omnibus aliis, qui hujus generis delicta admiserant, quadraginta dierum pœnitentiam injungit, & promittit, se ipsum, quod sero nimis errantes reprehendisset, eandem pœnitentiam impleturum.

p. 238.

L1 5

Cleri-

Sæculum X.

A. C. 975.

Clericos suos, quos ad dimittendas mulieres permovere non poterat, hortatur, ut saltem filios suos ad suscipiendos Ordines nec compellerent, nec etiam volentes sinerent, & filias suas Laicis, non Clericis, in matrimonium darent, ne tanta infamia in Ecclesia esset perpetua.

p. 281. id. ep.
Synod. p.
264.

n. 6. 9.

Superfunt Ratherii Sermones non nulli, in quorum amplissimo agitur de Quadragesima. In eo illos damnat, qui una die tota non manducabant, & altera non jejunabant, aut qui tota die jejunantes sub noctem dapibus se se ingurgitabant, item qui cibum capientes ante horam nonam, nempe jejunantibus præscriptam, se jejunium servare putabant, si modo una refectioe contenti essent. Prohibet ne Sabbato Sancto Baptismus solemniter ante horam decimam, id est, ante quartam vespertinam conferatur. Rejicit errorem illorum, qui dicebant, omnes Baptizatos Salutem consecuturos. Prolixe solideque refutat somniantes, Deum esse corporeum, & sic Hæresim Anthropomorphitarum ab inferis suscitantes. *Vobismetipsis, inquit, Idola in cordibus vestris fabricatis, & Immensitatis Divinæ immemores Numen fingitis, tanquam Regem maximum in Throno aureo sedentem, Angelosque tanquam homines, alas habentes,*

n. 19.

n. 29.

Sup. Lib.
XXI. §. I.

Rather. n. 32.

n. 33.

quales

quales in pariete depictos videtis. Postea ^{Sæculum X.} infaniam refellit credentium, S. Michael- ^{A. C. 975.} lem singulis diebus Lunæ coram Deo Missam celebrare; unde illa die potius quam alia in septimana S. Archangeli Ecclesiam frequentabant.

§. XLVI.

Ratherius ad extrema deductus.

Tandem cum Ratherius Veronæ nec ^{Chr. Lobes.} quiete, nec sine periculo vivere pos- ^{to. 6. Spicil.} set, ultimo inde discedens ad Abbatiam ^{Sup. Lib.} Lobiensem prope Leodium, ubi primam ^{L. V. §. 42.} ætatem transegerat, rediit. Interim, Balderico, Episcopo Leodiensi anno non- gentesimo quinquagesimo nono fati- fun- cto, Bruno Archiepiscopus Coloniensis Euracrium, Decanum Bonnensem, suffe- cerat; Lobii vero Abbatis munere fun- gebatur Folcuinus, Chronici ejusdem Mo- nasterii Auctor. Huic Ratherius misit Libellum continentem causas deliberan- di, an sibi Lobium redeundum esset, si- mul autem equos petebat & viæ comi- tes, a quibus illo deduceretur. Cum ergo obtinisset, quæ petebat, Lobium venit. Haud diu post a Rege Franciæ Lothario Abbatiam S. Amandi recepit, ubi cum vix integra nocte moratus fuis- set, ad quoddam prædium ab Episcopo sibi datum reversus est. Abbatia deinde Altimontis ei concessa, cui quæ sibi su- pere-

Sæculum X.
A. C. 975.
pererant de pretiosa supellectile & de vestium cultu donavit. Rursus vero jurgia inter ipsum & Folcuinum exorta, qui in sua Historia Ratherium levis animi, quin & Simonix arguit, eo usque processerunt, ut Folcuinus, Episcopo Leodiensi Ratherii causæ favente, Abbatia cedere compulsus fuerit. Verum, Episcopo, anno nongentesimo septuagesimo primo, mortuo, Notgerus ejus Successor Folcuinum Abbatem restituit, quocum Ratherius quoque in gratiam rediit. Tandem Ratherius, cum Namurci cum Comite versaretur anno nongentesimo septuagesimo quarto, ibi mortem oppetiit & in Monasterio Lobienfi Ritu honorifico, qui in Episcoporum funeribus adhiberi solebat, sepultus est. (*)

Sigeb. Chro.
974.

Spic. to. 2.
p. 199.

Ultimis vitæ annis sui ipsius Iconem nobis dedit in Scripto, quod *Conjecturam* appellavit. Est vero Iconia continua, in qua revera laudat se, referens, & fingens, objecta sibi ab Adversariis vitia de se confiteri. Inter alia ex hoc Scripto discimus sequentia. Ratherius patrem habuit ædilem, unde in ædificandis aut
repa-

(*) De Ratherio, quem virum inter Scriptores illius ævi illustrem vocat, adnotat Eminentissimus Baronius, ipsius jussu & humilitatis ergo hæc verba tumulo suo inscripta fuisse: *Conculcate pedes hominum Sal infatuatum.*

reparandis Ecclesiis tantopere delecta-
 batur. Paupertate adeo premebatur, ut
 nec Capellanum, nec famulum alere pos-
 set, in vestitu & calceamentis sordidus.
 Noctu sæpissime vel humi, vel in scamno
 cubabat. Omnis conditionis homines
 ad mensam admittebat, & frequenter
 jejunabat, ut pro peccatis aliorum satis-
 faceret. Neminem pedes suos osculari
 patiebatur. Calumnias nihili pende-
 bat, & quadam die homini contumeliis se
 afficienti nummos argenteos duodecim
 donavit. Totus lectioni deditus fre-
 quentiam hominum fugiebat, solitudi-
 nem amabat, & operibus servilibus ma-
 num admovere non dedignabatur. Re-
 gem, aut Optimates non invisebat,
 quos nullis unquam precibus fatigabat,
 quin etiam dona ultro ab iis oblata no-
 lebat recipere. Omnium errores repre-
 hendebat, & vitia aliorum, præsertim
 Clericorum, in charta adnotabat.

His coloribus Ratherius se ipsum de-
 pinxit. Dicit etiam, quod ante annos
 circiter quadraginta potestatem (nempe
 Episcopalem) quærere cœpisset, & Ot-
 tonis Imperatoris Elogium addit; unde
 ipsum hæc anno nongentesimo septua-
 gesimo secundo scripsisse conjicimus.

Ad nos usque pervenit maximi pon-
 deris Epistola a Ratherio ad quemdam,
 nomine Patricum, de Eucharistia scri-
 pta,

Sæculum X.
 A. C. 975.

Sæculum X. pta, in qua dicit: *Quæris ex me, an in*
 A. C. 975. *illa septimana Missam celebraverim. Sed*
 Sicil.tom.12 *Apostoli iudicium sit, uter nostrum ma-*
 p. 37. *jori se periculo indigne communicandi*
exponat, tu quotidie, & ego rarissime Eu-
charistiam accipiens. Illud quoque mihi
retulerunt, minime tibi probari, quod
in Vigilia Circumcisionis Domini balneo
usus sim, quasi vero non deceret, quantum
fieri potest, etiam corpus mundari, prius-
quam Sancta Mysteria contingamus. Istud
quidem me vehementer affligit, te Sacra-
mentum, quod tam sæpe celebras, non in-
telligere; putas enim simplicem figuram
esse. () Crede mihi, frater mi, sicut in*
Cana Galilææ aqua non in vini figuram,
sed in verum vinum mutata est, ita etiam
vinum in Eucharistia fit verus sanguis
& panis vero caro. Si sapor, & color,
qui remanent, aliud tibi persuadent, qua-
ro, an non Scripturæ credas dicenti, Ho-
 Gen.3. 19. *minem de limo terræ esse formatum?*
Verumtamen Homo non terræ & limi
figuram, sed tantum Substantiam habet.
 In

(*) Nec mirum, quod ignotus iste Patricus
 Mysterium Eucharistiæ non intellexerit, cum ex
 Paragrapho superiore XLIV. sciamus, Presbyte-
 ros Ecclesiæ Veronensis usque adeo Doctrinæ
 Fidei rudes fuisse, ut ne quidem Symbolum A-
 postolorum satis memoriæ impressum tenuerint.

In Eucharistia contrarium crede, videlicet colore & sapore remanentibus te nihilominus veram carnem & verum sanguinem accipere. Sed quæris, ex quo corpore est hæc substantia, & undeeducta? rursus an panis modo invisibili tollitur, aut in carnem vertitur? id enim humana curiositas scire appetit. Consulamus Evangelium. Hic Ratherius verba (*) Matth. 26. ex Evangelio refert, quibus Sacramentum Eucharistiæ institutum est, & addit: Habes, cujus sit corporis caro ista & sanguis, & tanto certius habes, quod hæc ex ore ipsius Veritatis discamus. De ceteris, quæso, ne anxius sis, quandoquidem audis, esse *Mysterium*, & quidem *Mysterium fidei*. Nam si *Mysterium* est, comprehendi non potest, & si ad *Fidem* pertinet, credi debet, non discuti. (**)

Sæculum X.
A. C. 975.

Matth. 26.

1. Cor. II. 24.

§. XLVII.

(*) Coenantibus autem eis, accepit *Jesus* panem, & benedixit, ac fregit, deditque Discipulis suis, & ait: *Accipite & comedite: HOC EST CORPUS MEUM.* Matth. XXVI. v. 26. *Accipite & manducate, HOC EST CORPUS MEUM,* quod pro vobis tradetur. *Hoc facite in meam commemorationem &c.* 1. Cor. XI.

(**) Testis in Sæculo X. realis existentiae Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia con-

tra

Sæculum X.
A. C. 975.

§. XLVII.

Ecclesia Hispaniæ.

Sampir.
p. 70.

In Hispania Regi Sanctio Crasso, postquam regnasset annis duodecim, defuncto successit Ramirus III. filius, quinquennis puer; quamobrem Elvira ejus Amita, piissima & prudentissima Princeps, quæ se Deo consecraverat, Regnum interim capeffivit. Illo pacis tempore corpus S. Pelagii Martyris, quod Ramiri pater petierat, Saracenorum manibus receptum, Legionæ inter Episcopos tumulto illatum est. At, cum Comites Galæciæ, Legionis, & Castiliæ Regnum Ramiri languidum fastidientes, Veremundum ipsius Agnatum, Ordogni III. filium Regem salutassent, ortum est civile bellum, cui mors Ramiri anno Imperii sui decimo quinto decedentis finem imposuit; tunc enim Veremundum II. solum omnes Regem proclamarunt. Is Bonæ cujusdam Martyris, a Saracenis interempti, Ecclesiæ Compostellensi donavit. Quippe

tra Protestantes omni exceptione major! Guilielmus Cave in Scriptoribus Ecclesiasticis hanc Ratherii Epistolam recensens filer ut piscis, more Protestantium omnium Sanctissimum Mysterium hoc impugnantium, in quibusdam SSorum PP. locis æquivocis sibi plaudentium, & testimonia luce meridiana clariora dissimulantium.

Quippe Infideles capta *Simanca*, Regni Legionensis civitate, plerisque incolarum trucidatis, paucos, qui supererant, vinculis onustos, & in captivitatem abstractos, in carcere annis duobus & sex mensibus detinuerant, quo toto tempore captivi Deum laudabant; tandem jubente Rege barbaro interfecti gloriosam Martyrii coronam consecuti sunt. Aliquis eorum antea Sarafinus & post Baptismum Dominicus dictus modicum habebat patrimonium in urbe Zamora, & quia hærede carebat, totum Rex Ramirus occupaverat, quod deinde Rex Veremundus editis literis mense Februarii, *Era* 1013. anno 975. quibus Episcopi quinque subscripserunt, dictæ Ecclesiæ proprium fecit.

§. XLVIII.

S. Rudesindus.

Sub Regum istorum tempus *S. Rudesindus* seu *Rosendus* Episcopus *Du-* mien-
ensis floruit. Is ex Regio genere natus patrem habebat *Gutterium* Mendesium, & aviam *Ermenegildem* Regi *Alphonso* Magno sanguine junctam. Mater *Rudesindi* erat *Ilduara* seu *Aldara* non minus pietate quam natalibus illustris matrona, in cujus Epitaphio, quod matri *Rudesindus* filius posuit, dicitur

Boll. I.
Mart. to. 6.
Act. SS. Be.
Sæc. V. p.
522.

Hist. Eccles. Tom. XIII. Mm Con-

Sæculum X. Confessa, id est, Religiosa, illius temporis stilo, quo etiam Monachi Confessores appellabantur. Rudesindus, anno nongentesimo septimo in lucem editus, in literis & pietate Magistrum nactus est Savaricum Episcopum Dumiensem, cui anno circiter nongentesimo vigesimo, vita functo, successit Rodericus, eoque etiam viam omnis carnis ingresso, Rudesindus licet octodecim annorum, ut ferunt, juvenis Sedis vacantis Episcopus ordinatus est. Anno nongentesimo trigesimo quinto Monasterium Cellæ novæ in Galæcia condidit, eique Abbatem Franquillam, qui jam prius alterum Monasterium rexerat, præfecit. Exinde Rudesindus Sedem Cellæ novæ fixit, atque Cathedralium Clericorum loco Monachis usus fuisse creditur.

**Sisenandus
Iriensis.**

Illa tempestate Sisenandus, Rudesindi Propinquus, Ecclesiæ Iriensis, quæ Sedes postea Compostellam translata, præerat. Is, quod neglecto Ministerio Sacerdotali ludis & sæculi voluptatibus inhiaret, non solum Clericis populoque, sed etiam Proceribus & Regi Sanctio Crasso invisus, cum sæpius monitus non respuisset, tandem consentientibus Clericis & populo jussu Regis carceri traditur, eique Rudesindus subrogatur. Sed istud ita accipiendum est, quod Rex Rudesindo

desindo hujus Ecclesiæ curam gerere, & ^{Sæculum X.} Pastoris absentis officii defungi præce- ^{A. C. 975.}
perit. Nam S. Rudesindus nunquam
proprius illius Ecclesiæ Episcopus fuit,
& in omnibus Actis, quæ supersunt, so-
lummodo Episcopum Dumiensem se di-
cit. Tunc temporis Galæciam Norman-
ni, & Lusitaniam Arabes infestabant;
quare Rudesindus, Rege absente, copias
contraxit, in hostes processit, & ejectis
e Galæcia Normannis Arabes quoque
depulsos intra terminos suos delitescere
coegit; tum rebus fortiter gestis Victor
Compostellam intrans acclamante popu-
lo triumphavit.

Sifenandus Episcopus accepto nun-
cio, Regem Sanctium obiisse, vincula con-
fringit, fugit e carcere, & in nocte Na-
tivitatis Domini in cubiculum Rudesin-
di somno indulgentis irrumpit, stricto
gladio mortem minatus, nisi relicta civi-
tate Episcopatum sibi restitueret. Ru-
desindus gravibus verbis tantam auda-
ciam arguit, prædixitque temerario, bre-
vi futurum, ut morte violenta e vivis
raperetur. Ipse sine mora Compostella
excedens in Monasterium S. Joannis de
Cabero, a se ædificatum, confugit. Et
ecce, anno quinto Ramiri III. nempe an-
no salutis nongentesimo septuagesimo
primo Normannorum Rex Gundredus

Sæculum X. centum navigiis in Galæciam appulsus,
A. C. 975. omnia Compostellæ confinia depopulatus
 est, & in illis atrociniis Sisenandus
 Episcopus interfectus. Rudesindo au-
 tem Successorem defuncto substituere
 curæ fuit.

Is vero in Monasterio suo Cellæ no-
 væ degebat; quin etiam fertur Dignita-
 tem Episcopalem abdicasse, induisse habi-
 tum Monasticum, & se Abbatis Franqui-
 læ imperio submisisse, quo defuncto, ipse
 in illo Monasterio Abbatis munus sulce-
 pisset. Complura alia in Galæcia & Lu-
 sitania rexit, & Mamillano in Successo-
 rem suum Cellænovæ designato, die Jo-
 vis prima Martii anno nongentesimo se-
 ptuagesimo septimo, annos natus septua-
 ginta, diem supremum oppetiit. Multis
 in tumulo S. Rudesindum claruisse mira-
 culis, Scriptores referunt.

Boll. 22.
Apr. to. II.
Act. SS.
Ben. Sæc. 5.
p. 584.

Segnorina, S. Rudesindi sanguine pro-
 pinqua, Abbatissa Bastensis, Diœcesis Bra-
 carensis in Lusitania, Viciræ sub Godi-
 næ, illius loci Abbatissæ, cura educata,
 Deo se consecravit, rejectis nobilissimi
 cujusdam proci, eam uxorem sibi con-
 ciliare cupientis, blanditiis. Abbatissæ
 officio deinde suscepto, Monasterium Ba-
 stam transtulit, S. Rudesindo strictissimis
 amicitia vinculis juncta, cujus obitum
 illico cœlitus edocta dicitur. Ipsa anno
 ætatis

ætatis suæ quinquagesimo octavo Salutis Sæculum X.
nongentesimo octogesimo secundo ex A. C. 975.
hoc sæculo migravit.

§. XLIX.

Zimisces exitus. Basilus & Constantinus Imperatores.

Inter hæc in Oriente Joanni Zimisces *Cedr. p.683.*
Imperatori, magnis de Bulgaris Russisque victoriis reportatis, Constantinopolim remeanti, Patriarcha cum Synodo (nempe cum Episcopis tunc ibi versantibus) cunctique viri in Dignitate constituti, extra civitatem obviam processerunt, Principis laudes celebrantes. Coronas victori obtulerunt, rogantes, ut currum magnifice in triumphi pompam præparatum, quatuor equis albis junctum, conscendere dignaretur. Sed Joanni satis fuit coronas accipere; mox in albi coloris equum insiliit, ita civitatem intraturus; currum vero ante se trahi iussit, impositis, quæ Regibus Bulgariæ detraxerat, spoliis, atque in editiore loco Imagine Sanctæ Virginis, utpote Urbis Constantinopolitanæ Patronæ, eminente. Ubi in Ecclesiam magnam pervenit, coronam, quam Regum Bulgariæ præcipuus portare solitus fuerat, ad aram suspendit. Ceterum Zimisces omnium primus pecuniam Salvatoris imagine

M m 3

signari

Sæculum X. signari iussit cum Inscriptione: *Jesus*
A. C. 975. *Christus Rex Regum.* Hujusmodi nummi
 hodieque supersunt.

Tandem ab expeditione in Syriam suscepta domum remeans per Ciliciam, cum fundos latissimos & fertilissimos conspiceret, & a proximis quæsvisset, quis eorum esset dominus, responderunt, dominum agrorum istorum esse Basilium Evnuchum Cubiculariorum Præfectum. Et Imperator alte ingemiscens: *Tristem profecto Imperii sortem! ærarium exhauritur, Romanus miles necessariis eget, Imperatores longis profectioibus fatigantur, quo fructu? ut unus spado divitiis affluat.* His verbis a pessimis mancipiis ad Basilium delatis, ille illico constituit Imperatorem perdere. Igitur pocillatorem Joannis subornat, qui potum, quem porrigere adsueverat, veneno miscuit. Joannes Constantinopolim reversus, postquam pestem bibisset, haud diu post occubuit, cum annos sex, & menses sex regnasset. Successerunt Basilius & Constantinus Romani junioris filii, qui mense Decembri anno Mundi 6484. Indictione quarta, nempe anno Christi 975. Regnum auspiciati, Basilius annos natus viginti, & Constantinus septendecim, annis deinde quinquaginta commune Imperium obtinuerunt. In istis vero principiis

piis Basilius Cubicularius cum Theophania Principum matre, quam ab exilio revocaverat, res gerebat.

Sæculum X.
A. C. 975.

§. L.

Ecclesia Constantinopolitana.

Haud multo abhinc tempore, cum Basilius Patriarcha, nescio cujus criminis, fuisset accusatus, in Concilio depositus est, atque Antonius Studita Patriarchali Dignitate ornatus. Verum is inter seditiosos motus excitatos a Barda, cognomento *Sclero*, id est, Duro, viro rebus in bello gestis claro, quem Basilius Spado male habuerat, Episcopatu se abdicavit, tumque Ecclesia Constantinopolitana annis quatuor sine Pastore fuit. Tandem Antonio vita functo, anno circiter 980. Patriarcha ordinatur Nicolaus *Chrysoberges*, id est, Virga aurea, qui Sedem Constantinopolitanam annis duodecim & sex mensibus obtinuit. (*) Eadem

*Cedr. p. 682.
p. 694.*

M m 4

fedi-

(*) Hic contra Protestantes aliquos maligne affirmantes, Schisma Ecclesie Constantinopolitane & Romanæ a tempore S. Chrysostomi, nempe Sæculo Christi quarto exeunte, fuisse perpetuum, bene notandum est, quod dicit Natalis Alexander Tom. XII. p. 289. *Cum Photio extin-*

Sæculum X. seditio Scleri causa fuit, quod Agapius
 A. C. 975 Episcopus Aleppensis, Antiochia in po-
Elmac. l. 3. testatam Imperatoris redacta, ad illius
 c. 5. p. 244. Ecclesiæ Patriarchalem Dignitatem per-
 venerit. At Sergius Metropolita Da-
 mascenus, ab Ecclesia sua pulsus, Romam
 se contulit, ubi Ecclesiam SS. Bonifacii
 & Alexii a Clericis pene derelictam, a
Petr. Dam. opusc. 19. p. 192. Benedicto VII. Papa sibi expetiit, Mona-
 sterium

*extinctum Schisma usque ad Michaelem Ceru-
 larium non revixit. Probat deinde ex Historia
 Natalis, Joannem XIX. Papam adhucdum in Di-
 ptychis Constantinopolitanis ad aram fuisse no-
 minatum, & tandem ait: Secundum Eusta-
 thium Ecclesiæ Constantinopolitanæ Sacris præ-
 fuit Alexius Monasterii Studii Abbas ab anno
 millesimo trigesimo quarto ad annum usque
 millesimum quadragesimum secundum, quo Mi-
 chael Cerularius a Constantino Monomacho Pa-
 triarcha nominatus est. Hucusque unitatem in-
 ter Græcam & Latinam Ecclesiam perdurasse
 sub decem & septem Patriarchis scribit Ma-
 nuel Calecas Auctor Græcus Ordinis FF. Præd.
 lib. 4. adversus Græcos. Quod etiam confir-
 mat Auctor Manuscripti Libri de Translat.
 Episc. apud Allatum lib. 2. de perpetua con-
 sensione &c. cap. VIII. Sed Michael Cerula-
 rius Schismatis post Photium auctor alter no-
 men Romani Pont. e Sacris Diptychis era-
 sit. &c.*

sterium conditurus; quam sibi concessam Sæculum X.
 Monachis Regulam S. Benedicti profiten- A. C. 975.
 tibus implevit. Ipse quoque in illud Mo- Epitaph. ap.
 nasterium se recepit, in quo post quatuor Baron. ann.
 annorum spatium, annos natus septua- 977.
 ginta duos, undecima Novembris, anno
 reparatæ Salutis nongentesimo octogesi-
 mo primo mortalitatem exiit.

§. LI.

Ecclesia Anglicana.

In Anglia Rege Edgardo fatis functo, an-
 no nongentesimo septuagesimo quin-
 to, successit Eduardus filius, Regina No-
 verca & non nullis Proceribus necquid-
 quam obsistentibus, qui ut Reginæ filium
 in Throno sedentem conspicerent, nul-
 lum non lapidem movebant; nam S.
 Dunstanus jubens, Crucem sibi de more *Sup. §. 28.*
 præferri, in medium conventum intra- *vit. Malmes.*
 vit, Eduardum legitimum Regni Hære- *II. reg. c. 9.*
 dem omnibus præsentavit, unxit, & Pa-
 tris loco fuit, quamdiu Princeps juvenis
 regnum brevissimum, videlicet anno-
 rum duorum & sex mensium tenuit.
 Tunc vero Clerici, ob effrenem vitæ li-
 centiam ex Ecclesiis Cathedralibus antea
 pulsæ veteres querelas recoquere; quam
 tristis fors esset, se ex sedibus suis pelli
 ab Advenis; neminem autem Clerico-

Sæculum X.
A. C. 975.
rum jam existeré, cui non similis fortuna timenda esset. Nec deerant Optimates querulantibus faventes, atque inter alios Alfierius vir in Regione Merciorum potentissimus, qui omnia pene monasteria a S. Ethelwoldo Episcopo Wintoniensi fundata evertit. Nemini vero magis quam S. Dunstano, utpote Reformationis Auctori, irascebantur.

Ad componendas turbas convocatum est Concilium Wintoniæ, cui S. Dunstanus præfuit. In eo Clerici causa ceciderunt, quam nullo jure defendere poterant; ergo ad preces convertuntur, & Rege juvene quoque, Proceribusque S. Dunstanum rogantibus, ut supplices restitueret, deliberantem, quid responderet, subitum prodigium confirmavit. Crucifixi effigies in pariete Refectorii, in quo sedebant Patres, affixa, locuta fuisse fertur, & clara voce dixisse: *Nihil fiet, nihil fiet.* Rex & Proceres perterriti exclamare, & Deum laudare, Clerici vero obmutescere.

§. LII.

Turquetuli Abbatis pars vitæ extrema.

Eodem anno nongentesimo septuagesimo quinto e vita migravit Turquetulus

tulus Abbas Crulandensis, qui ante an-
 nos novem, nempe anno nongentesimo
 sexagesimo sexto, ultimo itinere Londi-
 num suscepto, ibidem a Dunstano quon-
 dam alumno suo & vetere amico, atque
 Osquetulo Consanguineo suo, Archiepi-
 scopo Eboracensi, inter summæ lætitiæ
 signa exceptus, duo Privilegia pro liber-
 tate & tranquillitate sui monasterii, al-
 terum a Rege Edgardo ad temporalia, al-
 terum a duobus Archiepiscopis ad Spi-
 ritualia pertinens, obtinuerat. Osque-
 tulus Archiepiscopus Eboracensis exinde
 post sexennium anno nongentesimo se-
 ptuagesimo secundo ad Cœlestia voca-
 tus, Successorem habuit S. Osualdum
 Episcopum Wintoniensem, quem Rex
 Edgarus, & Dunstanus Archiepiscopus ad
 subeundum hoc munus compulerunt.
 Præcepit vero S. Dunstanus, ut Osual-
 dus etiam Ecclesiam suam Episcopalem
 servaret, tum ut Clerici, quos ad mini-
 sterium Ecclesiæ Cathedralis vocaverat,
 in Disciplina continerentur, tum quod
 Dani Nordhumbriam vastassent.

Post hanc profectionem Londinen-
 sem, Turquetulus Abbas e Monasterio
 Crulandensi pedem non amplius effe-
 rens, singulis diebus cum quinque senio-
 ribus illius familiæ de prima Monasterii
 origine colloquebatur, & quæ ipsi nar-
 rabant,

Sæculum X.

A. C. 975.

*Sup. l. LV.**§. 37. Vit.**Turq. n. 17.**Alt. SS.**Ben. Sæc. 5.**p. 511. vit.**Osq. n. 12.**vit. Turq. n.*

19.

Sæculum X.
A. C. 975.

n. 20.

rabant, literis mandari jubebat, unde illius Monasterii Historiam, ab Ingulfo collectam & continuatam habemus. Ceterum in suo Monasterio consuetudines stabilivit, quas alia merito pro norma habere possent. Totam Congregationem in tres ordines divisit; juvenes usque ad annum suæ professionis vigesimum quartum, proveciores ætate usque ad annum professionis quadragesimum, & senes usque ad quinquagesimum. Juvenes in Choro, Refectorio, & in ceteris functionibus, ad Divina officia pertinentibus, occupabantur, præprimis ad captandam Præpositorum suorum benevolentiam intenti. Nam si aliquis rebellis & contentiosus repertus fuisset, segregabatur & severe coercebatur. Secundi ordinis monachi plerumque ab officiis spiritualibus exempti, negotiis domesticis & regimini externo vacabant. Senes Chorum non frequentabant, nisi cum Missæ celebrarentur, Refectorium & claustrum non adibant, æconomi, Procuratoris aut Cellerarii onus subire non compellebantur. Illis vero, qui ad annum, post ingressum in Monasterium, quinquagesimum pervenerant, & *Sempetres* dicebantur, singulis dabatur cella in domo infirmorum, puer, qui ipsis serviret, & frater juvenis, qui cum iisdem cibum

bum caperet; tum ut adolescentes bo-
 no confortio proficerent, tum ut senes Sæculum X.
A. C. 975.
 solatium haberent. Cuilibet etiam Se-
 ni emerito ad Chorum ad Refectorium
 & quocunque vellet omni tempore ire
 licebat. Nemo sermonem, qui soli-
 tudinem ingerere potuisset, affere-
 bat, sed finem vitæ suæ in pace expe-
 ctare sinebatur.

Tales erant quinque illi Senes, qui
 prioris Monasterii Crulandensis exci-
 dium viderant, omnes centenario mayo-
 res. Primus eorum, nomine Clerem-
 baldus, vitam usque ad annos quadra-
 ginta octo supra centum produxit;
 omnibus vero in amplexu Turquetuli
 Abbatis moriendi solatium obtigit. Qui
 haud diu superstes sub finem vitæ dimis-
 sis aliis curis orationi & operibus chari-
 tatis totus vacabat. Singulis tamen die-
 bus nobiles adolescentes, qui a Clericis
 ad monasterium pertinentibus educaban-
 tur, invisebat, atque ut puerorum dili-
 gentiam excitaret, servulus comitans he-
 rum ficus, caricas, & alia pomorum ge-
 nera deferebat, ut bene meritos munus-
 culis donaret. Tandem fatis functus est
 Turquetulus undecima Julii anno non-
 gentesimo septuagesimo quinto, relin-
 quens Congregationem, in qua monachi
 quadra-

Sæculum X. quadraginta, & quatuor fratres Conversi
A. C. 978. numerabantur.

§. LIII.

S. Eduardus Martyr.

vit. ap. Boll.
18. Mart. to.
7. p. 638. Cum Rex juvenis Eduardus quadam die
 venationi indulgens, avulsus a sociis,
 solusque equum sisteret ante portam ar-
 cis, in qua illa tempestate Regina Elfri-
 tha, ejus Noverca, cum Ethelredo filio
 versabatur, & siti pressus potum sibi pro-
 pinari rogaret, occurrit Elfritha, & in
 speciem blandissima poculum porrigit.
 Sed, abominandum facinus! bibentem
 pessima noverca a sicario in ventre feri-
 ri jubet. Ille vulneratum se sentiens,
 subditis equo calcaribus fugere nititur,
 & paulo post exanimis collabitur. Inter-
 lecti corpus illa furia primum in occulto
 loco sepeliri præcepit; at coruscante ce-
 lesti lumine & editis compluribus mira-
 culis proditum affirmant. Quamobrem
 cadavere in sepulchrum honorificum
Martyr. Ro. translato, Eduardus Martyrum numero
18. Mart. adscriptus est, cujus memoriam Ecclesia
 ipsa obitus die decima octava Martii
 agit. Volvebatur tunc annus Salutis
 nongentesimus septuagesimus octavus,
 ætatis juvenis Regis decimus quintus,
 cum non plus annis duobus & dimidio
 regnasset. Postquam Elfritham infana
 cupi-

cupiditas filium suum Ethelredum in so-
lio imperantem conspiciendi ad ingens
scelus patrandum impulisset, duram
subiit pœnitentiam, compluribus annis
cilicium induit, humi dormivit, corpus
rigide castigavit, & duo puellarum mo-
nasteria fundavit.

Eduardo Regi soror fuit, & ipsa in
numerum Sanctarum feminarum relata,
scilicet Editha seu Edgita, filia Regis Ed-
gari & Wilfredæ, quæ, ut superius me-
moravimus, ab Edgario stuprum passa
erat, licet velamen monialium, ut ma-
lum averteret, capiti imposuisset. Post-
quam conceptam inde filiam in lucem
edidit, illico in Monasterium Wiltonien-
se se recepit, ubi, habitu monastico e-
manibus S. Ethelwoldi accepto, postmo-
dum Abbatissa fuit. Curam tamen edu-
candæ filiæ suæ Edithæ non abjecit, &
jam grandiori velamen monasticum, con-
sentiente Rege, dedit. Editha multis
virtutibus in monasterio claruit, Abba-
tias tres, quas Regius parens obtulit, con-
stanter accipere recusavit, obiitque an-
nos nata viginti tres, decima sexta Sept.
anno 984. Eam die, qua decessit e vita,
Ecclesia colit. Ceterum tres aliæ prin-
cipes feminae, idem nomen sortitæ, &
uno Sæculo in Anglia degentes, Sancta-
rum numero adscriptæ leguntur.

S. Eduar-

Sæculum X.

A. C. 978.

Act. S. Ben.

Sæc. 5. p.

636.

Sup. §. 26.

Martyr. Ro.

16. Sept.

Sæculum X.

A. C. 978.

S. Eduardo occiso, Ethelredus eius frater Rex salutatur. S. Dunstanus animo admodum repugnante hanc Electionem admisit, tum quod matris crimine filius solium conscenderet, tum quod Ethelredus adolescentulus regendis populis necdum par esset. Nihilominus, quia jure sanguinis Regno proximus erat, noluit obsistere. At in die, qua Ethelredum in Regem unxit, cum coronam ejus capiti imponeret, dixisse fertur: *Quia fratris tui cæde ad regnum grassatus es, non recedet gladius de domo tua, nec removebitur a cervicibus filiorum tuorum, donec regnum tuum tradatur advenis, quorum nec linguam, nec mores Subditi tui norunt.* Hi advenæ Dani fuerunt; quod sequentia docebunt.

Regnante Ethelredo, qui annis omnino triginta septem sceptrum rotavit, filii Clericorum, ex Ecclesiis Angliæ ejectorum, querelas patrum suorum defunctorum iterum in medium attulerunt. Ducem elegerant quemdam Episcopum natione Scotum, magnæ audaciæ hominem, & impigre loquacem, quo præeunte S. Dunstanum adierunt. Archiepiscopus senio & laboribus pro Ecclesia exantlatis fractus, & tunc orationi unice deditus, respondit: *Quoniam antiquam litem, post tantum temporis spatium excitatis, neque*
nihil

nihil nisi quietem & silentium quærentem Sæculum X.
 laceffit, nolo vobiscum iurgari, sed Deo A. C. 978.
 Ecclesiæ suæ causam defendendam com-
 mitto. Tunc vero Domus nutare, &
 pavementum dehiscere; collabuntur se-
 ditiosi, complures ruentibus tignis con-
 teruntur, illo solo loco, in quo S. Vir
 cum suis versabatur, immoto.

§. LIV.

S. Haroldus Martyr.

In Dania Haroldo Regi, Religionis Ca- Ad. Brem.
 tholicæ Defensori & Propagatori, Sue- lib. 2. 18.
 no filius, qui in infidelitate permanerat,
 cum patrem senio tardum & infirmum
 videret, insana regnandi cupiditate ab-
 stractus, insidiari cœpit, & cum illis
 communicare consilia, quos parens ad
 suscipiendam Religionem Christianam
 compulerat. Subita defectio fuit, Dani-
 que abjectis Christianorum Sacris Sueno-
 nem Regem proclamaverunt, missis, qui
 Haroldo bellum indicerent. Ipse, quam-
 vis animus vehementer horreret, arma
 in cives & filium arripere, ad justam ta-
 men defensionem se comparavit, spem
 suam in Deo, ut in arduis semper adsue-
 verat, ponens. Prælio tamen victus,
 accepto vulnere, navigium conscendit,
 & in quamdam urbem Sclavorum se re-
 cepit, qui, etsi essent Infideles, supra
Hist. Eccles. Tom. XIII. Na spem

Sæculum X.
A. C. 980.

spem tamen humani fugientem ex-
perunt. Ibi Rex post paucos dies, us-
que ad ultimum spiritum Jesu Christo
fidelis, ex vulnere extinctus est. Annis
regnauerat quinquaginta, primus qui
apud Danos Christianam fidem induxit,
atque Septentrionem Ecclesiis & Evan-
gelii Prædicatoribus implevit. Obit
vero in Festo Sanctorum omnium anno
nongentesimo octogesimo, corpusque
Roschildam in Regnum suum relatum,
atque in Ecclesia S. Trinitatis ab ipso ædi-
ficata sepultum. S. Haroldus ob mor-
tis suæ causam SS. Martyribus adscri-
ptus est.

Epitaph.
ap. Bar.

§. LV.

*S. Adalberti Archiepiscopi Magdebur-
gensis Obitus.*

Sup. §. 16. Anno sequente nongentesimo octo-
gesimo primo S. Adalbertus, primus
Archiepiscopus Magdeburgensis, anno
Pontificatus sui decimo tertio obdormi-
vit in Domino. Is ab Ottone II. Impe-
ratore Privilegium obtinuerat, cujus te-
nere Monachis, ex quibus Capitulum
Magdeburgense constabat, Archiepisco-
pum eligendi potestas fiebat. S. Adal-
berto defuncto Clerici populusque una-
nimi voce Archiepiscopum elegerunt
Ochtricum, virum scientiæ fama cla-
rum,

Act. SS.
Ben. Sæc. 5.
p. 571.

rum, tunc Imperatori servientem, quamvis S. Adalbertus, cum adhuc luce frueretur, publice prædixisset, Ochtricum Successorem suum neutiquam futurum. Nam Adalbertus & Ochtricus nunquam moribus conveniebant, unde complures, cum Ochtricus Scholæ Magister esset, ex Congregatione abierunt. Itaque Legati a Capitulo Magdeburgensi iter in Italiam ingressi, ubi ad Regiam Ottonis II. pervenerunt, Gisleri Episcopi Merseburgensis, qui apud Imperatorem tunc plurimum valebat, suffragium implorant, & Legationis suæ causam aperiant, quibus ille consilium & opem promittit; sed simulata fronte, namque cum postea ad Imperatorem S. Adalberti obitum detulisset, ejus pedibus provolutus sibi ipsi Archipræsulatum Magdeburgensem, obsequii longo tempore præstiti præmium, conferri rogavit; eique illico Imperator annuit.

Mox e conclavi Cæsaris egrediens, Ochtrico & ceteris Legationis sociis interrogantibus, an pro causa sibi commissa feliciter perorasset, respondit; sibi vix licere se ipsum in propriis & domesticis causis juvare, quod avaritia, præsertim Romanorum, usque adeo Regiam corrumpet. Tandem ubi solos habuit, quid ageretur, professus est. Tum libel-

Sæculum X.
A. C. 983.

lo Benedicto VII. Papæ publice tradito translationem hanc ratam haberi postulavit. Papa, congregata Synodo, quaesivit, an liceret Gisilero ad Archiepiscopatum Magdeburgensem transire, Sedem non habenti, postquam Hildevardus Episcopus Merseburgensem Cathedram invasisset. Responderunt corrupti Iudices, id omnino licere; itaque Gisiler Archiepiscopatum obtinuit, Merseburgensis autem Episcopatus suppressus, & illa regio Halberstadiensi Episcopo subdita. Ochtricus exinde Beneventum profectus, ibique morbo correptus decessit, postquam sera poenitentia subiisset, quod relicto monasterio Archipræfulatum ambitiose quaesivisset.

§. LVI.

S. Adalbertus Episcopus Pragensis.

Discipulorum S. Adalberti Magdeburgensis nullus illustrior S. Adalberto Pragensi fuit. Is in Bohemia, Patre, nomine *Slaving*, Comite & amplissimarum ditionum Domino natus, in Baptismo dictus est *Voitiecht*, quæ vox Sclavonica lingua *Solatium Exercitus* significabat. Cum parentes puerulum subito gravi morbo laborantem Deo consecrassent, postquam convaluit, Magdeburgum missus est, sub cura Adalberti Archiepiscopi

scopi erudiendus, ubi Ochtricum mona-
 chum, plurimorum aliorum quoque Ma-
 gistrum nactus est. Tunc annus Salutis
 reparatæ nongentesimus septuagesimus
 tertius volvebatur. Annis vero novem
 in illa schola versatum Archiepiscopus,
 cum ei Sacramentum Confirmationis
 contulit, de suo nomine Adalbertum ap-
 pellavit. Pius juvenis tempore, quo li-
 terarum studiis vacavit, noctu cubili se
 proripiens pauperes invisebat, eleemo-
 synas largiter erogabat, & tempus, quod
 juvenis studiosa relaxationi animi dare
 solet, ipse orationi consecrabat. Cete-
 rum eximia Philosophiæ humanæ scien-
 tia floruit.

S. Archiepiscopo fatis functo Adal-
 bertus in Bohemiam reversus, multos li-
 bros attulit, tumque Clericis Pragen-
 sibus adscriptus est ab Episcopo Dithma-
 ro, qui haud diu postea, nempe anno
 nongentesimo octogesimo tertio, 2. Ja-
 nuarii, migravit ex hoc Sæculo. Juve-
 nis Adalbertus tunc Subdiaconatus Ordi-
 nem habens in officio funebri Episcopi
 cum aliis ministrabat; cumque deinde
 ad eligendum Successorem prope urbem
 Pragensem conventus celebraretur, Bo-
 leslao pio Duce Bohemiæ & Proceribus
 Provinciæ præsentibus, omnes una voce
 proclamant, neminem Adalberto, popu-
 lari

Sæculum X.
 A. C. 983.

Chr. Magd.
Sæc. 5. Act.
Ben. p. 834.

Sæculum X.
A. C. 983. lari suo, digniorem Cathedræ Episcopali imponi posse, & reluctantem 19. Febr. anno eodem nongentesimo octogesimo tertio eligunt. Tum Nuncios ad Imperatorem post reditum a bello contra Saracenos suscepto Veronæ morantem mittunt, qui Electionem hunc confirmari peterent. Aderat cum ipsis Adalbertus; libellum quoque Clericorum & populi cum Mandatis Ducis attulerant. Annuit postulatis Imperator, Adalberto anulum & Baculum pastorem tradidit, & a Willegiso Archiepiscopo Moguntino, tunc apud Imperatorem versante, cui Sedes Pragensis erat subjecta seu Suffraganea, consecrari iussit. Adalbertus in Bohemiam reversus, nudis pedibus Pragam intravit, & in Thronum Episcopalem omni populo maximæ lætitiæ signa edente euectus est.

§. LVII.

Ottonis II. Obitus. Otto III. Imperator.

Ditm. L.3. Crediderunt non nulli, in pœnam suppressi Episcopatus Merseburgensis in Imperatorem cœlitus immixtas fuisse calamitates, quibus hoc anno pressus est, referentes S. Laurentium Ecclesiæ Merseburgensis Patronum injuriam ultum fuisse,

isse, quod ipse Sanctus Laurentius alteri Sæculum X. A. C. 983.
 viro Sancto conspicuus factus significaf-
 set. Porro illud exploratum, Impera-
 torem cum Græcis & Saracenis eorum
 sociis in Calabria pugnam conseruisse,
 victumque in fuga salutem ægre inve-
 nisse.

Post illud prælium desideratus est vit. S. Udal. n. 78. n. 84. Sac. 5. Ben. p. 456. &c.
 Henricus, Episcopus Augustanus, filius
 Buchardi Comitis, cujus malis artibus
 S. Udalrico defuncto ad Dignitatem Epi-
 scopalem pervenerat. Sed nunquam
 quiete hanc Ecclesiam regere datum,
 Optimatibus vicinis Bona temporalia
 usurpantibus. Hinc ut Imperatoris præ-
 sidium sibi pararet, obsequiis Principem
 demereri studebat, eumque in bello co-
 mitabatur. Cum igitur in memorata
 etiam expeditione cum Ottone militaf-
 set, omnibus ab acie recedentibus a ne-
 mine visus est; nec postea unquam ex-
 plorari potuit, cæsus captusve a Sarace-
 nis fuisset. Profligato exercitu Impera-
 tor in Longobardiam regressus, convo-
 catis Veronæ Comitiis Ottonem III. fi-
 lium Imperatorem, tunc in Germania de-
 gentem, eligi curavit, quem eodem an-
 no in Natali Domini Willegisus Archi-
 episcopus Moguntinus & Joannes Raven-
 nas Aquisgrani coronarunt.

N n 4 Inter

Sæculum X.

A. C. 983.

Inter hæc Otto II. Imperator Romam repetiit, ubi cum in morbum incidisset, & diem supremam imminere intelligeret, quidquid signatæ pecuniæ habebat, in quatuor partes divisit, & unam pauperibus, alteram Ecclesiis, tertiam carissimæ sorori Mathildi, & quartam Familiaribus suis dedit. Tum coram Papa & Presbyteris latino Sermone confessus accepta ab iis absolutione animam exhalavit die Veneris septima Decembris, postquam ab obitu parentis sui annis decem & septem mensibus regnasset. Sepultus est in vestibulo Basilicæ S. Petri, atque ante ejus Sepulchrum, quod ex Porphyrite constructum, opere vermiculato representatur Christus stans & Ecclesiam intrantibus benedicens. Ceterum Ottonis II. gesta parentis sui meritis longe inferiora sunt.

§. LVIII.

Bernwardus Ottonis III. Præceptor.

vit. Sæc. 6.
Act. Ben. p.
202.

Ottonem III. cum coronaretur Rex Germaniæ, quatuor annorum puerum, haud diu post mater Theophania Imperatrix Bernwardo Presbytero primis scientiarum elementis imbuendum commisit. Erat Bernwardus ex primis stirpibus in Saxonia ortus, nepos Folcmari, qui anno nongentesimo septuagesimo septimo

ptimo Episcopus Ultrajectensis ordina- Sæculum X.
 tus illam Sedem annis duodecim tenuit. A. C. 983.

Folcmarus Bernwardum adolescentem
 Osdagii Episcopi Hildesheimensis curæ
 commendavit, qui eum Tangmari scho-
 læ suæ Præposito tradidit. Is præcla-
 ram indolem Discipuli sui cœpit solerter
 excolere, scientias omnes, artesque ci-
 to arripientis. Quippe eleganter lite-
 ras formabat, in arte pingendi non ru-
 dis, Architecturæ non ignarus, gerendis
 rebus aptissimus, ingenium a natura be-
 nigna sortitus ad omnia eximia factum.
 Bernwardum deinde Willegisus Archi-
 episcopus Moguntiæ aliquamdiu apud
 se diversantem Ordine Presbyteratus in-
 signivit. Tunc vero se recepit in do-
 mum Adalberonis, Comitis Palatini,
 Avi sui materni, qui etsi permultis libe-
 ris oneratus, Bernwardum tamen affectu
 singulari prosequabatur. Ab optimo se-
 ne Bernwardus diu noctuque non avelle-
 batur, obsequia omnia, quibus vir æta-
 te & morbis debilitatus indigebat, libe-
 ralissime usque ad extrema exhibens.

Avo suo ad æterna translato Bernuar-
 dus ad Regiam Ottonis III. tunc annum
 ætatis septimum agentis profectus, Theo-
 phaniæ Imperatricis amicitiam ita sibi
 conciliavit, ut ea, consentientibus cun-
 ctis Regni Optimatibus, Principem ado-

N n 5 lescen-

Sæculum X.
A. C. 983.

lescentem ipsius Disciplinae traderet. Sub optimo Præceptore Rex brevi temporis spatio in virtutis semita gnaviter progressus est. Ceteris omnibus Regi & juveni adulantibus, atque ad voluptates, quibus juvenus sua sponte plus justo delectatur, impellentibus, quin & ipsa matre, timente, ne quis alius plus ipsa amaretur a filio, ejusdem cupiditatibus indulgente, cum nemo alius ruinam sustineret, solus Bernwardus virili constantia obstitit, & Discipulum Regium timore incusso in officio continebat, tanta prudentia & moderatione, ut non solum adolescentis animum sibi infensum non reddiderit, sed etiam, Theophania Imperatrice vita functa, solus juvenis Ottonis affectum potitus sit, a quo patris & matris loco babeatur. Si quæ consilia suggererentur, docebat Bernwardus rationem, ea ad examen revocandi, & artem, qua hominum dissimulationem & fallaciam deprehenderet. Unde Princeps neminem majore in pretio, quam morum suorum Moderatorem habens a cunctis eam, quam sincera viri virtus merebatur, venerationem exhiberi volebat.



HISTO.